

MEM  
NO M  
S M

116  
R-  
~~8195~~

S. 116 Feb 4<sup>th</sup> - 19





AVGVSTARVM IMAGINES

AEREIS FORMIS EXPRESSAE;

Vita quoque earundem breuiter enarrata,  
Signorum etiam, quae in posteriori parte numismatū efficta sūt,  
ratio explicata.

AB AENEA VICO PARMENSE.

FELICISS  
OTTONIS  
TACZIS  
CARDIN  
GENI  
D. S. O. A.

VENETIIS  
MDLVIII.

Cum priuilegijs

DEO  
HOMINES  
PROXIMOS  
FACIT

DEFERT  
PAPICV  
ET DESTRA  
ET OMNIA

R. 8. 135(2)



AE NE AE VICI PARMENSIS IN  
 PRIOREM ICONVM SVARVM FACIEM  
 AD LECTOREM ENARRATIO.



VGVSTARVM Icones in publicum aedituro, libuit, aliorum more, qui limatius aliquid foras emittunt, ab hac elegantioris cuiusdam artificij tabella, veluti proludendo auspiciari: & cum non vsque adeo facilis explicatu plerisque futura videretur, paucis quibusdam interpretamenti uice additis, obscuriora quaeque declarare. Primum igitur portam descripsi, vt quasi vestibulo quodam domus pateret cuique aditus ad ea, que in hoc mei operis edificio continentur. et ipsa quasi praefatione quadam totius sequentis libri argumentum ostenderet. Est autem porta, opere Corinthiaco, illa quidem, sed tamen misto descripta. Etenim cum hic mores, & actiones, praesertim muliebres, cum alijs quibusdam rebus tractanda sint, consentaneum est, vt tale opus adhibeatur, quod, vt docet Vitruuius, foemineo maxime sexui conuenit. Quae in supremo est, supra abaci coronidem, effigies, Ianum bicipitem refert, cui ea praesertim causa locum illum assignauimus, quod aes in Italia primus omnium signauerit, de quo maxima nobis est tractatio. Infantes, Ianum medium tenentes, Armata Pallas, & Saturnus ex altera parte falcatus, hominis aetatem in treis diuisam partes innuunt, pueritiam, virilitatem, & senectam: quas quidem treis vitae partes, ad foeminas referre necesse erit, eruntque omnino partiende in puellas, matronas, et vetulas; Virgines item, coniugatas, & viduas: Quin & Sapientiam ad haec significat Minerua, & Saturnus temporis spacium; Sphinx autem utrinque pedibus conculcata, insipientiae vicem supplet. Erat Sphinx (si quis hanc historiam fortasse requirat) Monstrum alas & unguis habens, Harpyarum instar, quod insidens scopulo via eminenti, insolubilia aenigmata transeuntibus proponebat, nequeuntibus soluere, praesens afferebat exitium, ad seseque; alis, & unguibus in rupem pertractos, minutatim discerpebat. Aenigma propositum hoc fuisse dicitur; Quod nam esset animal, tempore matutino quadrupes, idemque meridie bipes, ac vesperi deinde tripes; cuius quaestionis nodos tandem cum Oedipus Thebanus, qua erat calliditate explicuisset, hominem id esse interpretatus, qui infans (quod ille matutino tempore innuebat) manibus & pedibus nitens, quadrupes esset; factus vir, vt qui nullo alio, quam pedum, auxilio incedat, bipes; Senecta demum adueniente, viribus destitutus, vtens scipione, tripes euaderet, eo adegit Sphinga, vt in mare praecipitem sese ex alto deiceret: Sic enim fuerat constitutum, vt quemadmodum qui inenarratam relinqueret captiunculam morte daret inscitiae poenas; sic contra illaesus & incolumis manens, necis causam monstro praerberet, qui pos-

set enodare . Hinc illud , hominis à sese omnem calliditatis opinionem remouentis ,  
Dauus sum , non Oedipus . Porrò autem uia , cui monstrum hoc insidebat , iter  
vitæ designat humana : Ipsa uerò Sphinx ( ut dixi ) Insipientiam , inscitiamq; ,  
quæ hominem euertens , perniciem ei affert extremam . Habet & hæc quoq; suū ,  
quo hominum mentes intorqueat Aenigma , Quid bonum sit , quid malum , quid  
neque bonum , neque malum : qui minus dextrè hunc Scyrpum explicauerit , iam  
actum est de eo : non quidem ut ( quemadmodum alij à Sphinge confecti ) è uesti-  
gio pereat , sed sensim , tractimq; conficiatur , ut solent qui assidue manes suos hîc  
apud superos patiuntur , & semper duraturis torquentur supplicijs . Cæterum ,  
ubi quis dissoluerit , tum ille inscitia deuicta , superstes , quod reliquum vitæ est  
beatè , ac feliciter exigit . Sapientia itaque Mineruæ forma expressa , soluto æni-  
sgmate , superata , subiugataq; inscitia , Sphingis eam specie uinctam , ac pedibus  
subiectam habet , ueluti quæ de ea meritum gestet triumphum . Tempus etiam al-  
era ex parte , non secus quam ipsam Mineruam , apud Gentiles Sapientiæ deam ,  
Sphinga conculcare uolui , eo quòd eius maximè opera , rebus sit cognoscendis ne-  
cessaria . Deuorantis illud ex se nata speciem præbet , ac falcem altera tenet ma-  
nu , quia consumit Aetas , temporum spatia , & præteritis annis insaturabiliter  
expletur , rerumq; edax , nihil non destruit , atque perdit . Non erit item omni-  
no absurda , aut à proposito aliena hæc interpretatio , ut obscuriora quæq; numis-  
matum vetustorum imaginibus significata , tanquam uitæ ænigmata accipiamus ,  
ipsam uerò historiam , à Saturno pariter & Minerua profectam , eorum tanquam  
fidelissimam interpretatricem , & rerum cognoscendarum magistram , accuratè ,  
uiuaciterq; explanantem , quid bonum , quid malum , quid neq; sit bonum , neq;  
malum . Olea dependens supra astantis Deæ caput , eam oleæ inuentricem  
fuisse commonstrat . Quam noctuam uides , à pestilenti morsu oleæ  
exitialem , sibi sacram esse Minerua uoluit . Itaque ad doloris  
solatium dextra apprehensa arctè comprimit . Palma  
Saturni caput obumbrans , domantis passim ,  
sternentisq; omnia temporis , accom-  
modatissimum est insigne .



REVERENDISS. ATQVE AMPLISS.

OTHONI TRUCHSES EPISCOPO AVGVSTANO,

TITVLI S. SABINAE, S. R. E. PRAESBITERO

CARDINALI, AC SACRI IMPERII

DIGNISSIMO PRINCIPI,

Aeneas Vicus Parmensis

S. D.



VANTVM & ornamenti, & utilitatis hu-  
mano generi afferat historia, OTHO Car-  
dinalis Ampliss. non solum plurimorum,  
eorumq; præstantium scriptorum, qui lu-  
culenter & copiosè de ea pertractarunt, au-  
thoritate clarum est; verùm etiam summorum Imperato-  
rum, ac clarissimorum Ducum, testimonijs comproba-  
tum. Nam vt innumera alia silentio præteream, Scipio  
ille Africanus, dum propositas sibi antiquorum Heroum  
intueretur imagines, dicere solebat, se lectione rerum ge-  
starum eorum virorum ad illustria facta plurimum excita-  
ri, cùm significare vellet, hunc præcipuum esse scriben-  
dæ historiæ scopum, vt in ea humanarum actionum exem-  
pla, nobis tanquam eminenti aliquo loco ob oculos posi-  
ta, conspiciantur. Caium quoq; Cæsarem, cùm in Hi-  
spanijs Magni Alexandri statuam aspexisset, illachrymas-  
se tradunt, tanquam sui quadam verecundia ductum,  
quòd id ætatis nihil dum memoria dignum præstitisset,  
qua ille iam magnam sibi orbis terrarum partem subiece-  
rat. Quamuis Cæsari in Herculis phani pariete quandam  
Alexan-

Alexandri huius depictam historiam contemplanti, hoc ipsum euenisse, author est Plutarchus: Mos enim erat antiquis, clarorum virorum Illustribus factis, celeberrimorum templorum muros depingere, subiecto rerum ab ijs gestarum compendio, quo legentium animi ad veram sibi gloriam parandam, huiusmodi incitarentur exemplis, quemadmodum in hoc ipso Cæsare accidisse videmus, cuius tot, tamq̃; memorabilia facta nulla vnquam delebit ætas, & in omnium semper ore vigeant. Cùm igitur in excitandis ad bene, recteq̃; agendum, hominum mentibus, tantum momenti, ac virium habeat historia, eoq̃; magis, cùm illa, quæ historia describuntur, eadem pictura, sculpturaue expressa ob oculos ponuntur; ego huius multo mihi labore arte comparata, illius verò longa & assidua lectione, non nihil cognitionis affecutus, cùm viderem quam obscura esset quamq̃; apud scriptores dispersa Romanarum mulierum Imperatoribus affinitate coniunctarum historia, quantumq̃; inde confusionis accederet lectori, curioso præsertim, & quid quæque historiae partes contineant, intelligendi cupido, vtroque illo, quo humanus maximè commouetur animus, altero publicæ utilitatis, acquirendi nominis altero ( ne id abscondam, quod pleriq̃; omnes scriptores simulatè negant, exquirere ) incitatus desiderio, diligenti & summa fide collegi, quicquid apud diuersos cùm historicos, tum alios scriptores sparsum inueni, idque ea & verborum breuitate, & orationis simplicitate contexui, quæ tali materiæ visa est quàm accommodatissima, ac quattuor & quinquaginta

quaginta è Romanorum Impp. familijs conscriptas foemi-  
narum vitas, addita cuiusq; effigie, magna ex parte ab  
antiquis nummis desumpta, & breui auersarum partium  
enarratione, Italico idiomate primum in lucem dedi.  
Quam quidem operam nostram cum non solum doctis,  
verum ob magnam à nobis parergorum varietatem ima-  
ginibus additorum, pictoribus quoque nostris non ingra-  
tam viderem, intelligeremq; desiderari etiam ab exteris  
multis, vt in latinum sermonem conuerteretur, quod per  
assiduas meas tam in delineandis sculpendisq; Impp. ima-  
ginibus, cum ipsorum nummorum auersis partibus occu-  
pationes, quam in conscribendis eorundem vitis, & in  
pingendis incidendisq; in æreis formis Illustrium nostræ  
ætatis virorum Symbolis, quæ Italica lingua Imprese. di-  
cunt, atque in alijs permultis rebus, mihi præstare non li-  
cuit; negotium dedi Natali de Comitibus Veneto, homi-  
ni & summa mihi familiaritate atque amicitia coniuncto,  
& de cuius in Latinis & Græcis literis eruditione maxima  
est opinio, & morum præcipuè suauitate, ingenijq; præ-  
stantia claro, hunc meum librum ex Italica in Latinam lin-  
guam conuertendi, communicatis cum illo prius locis hi-  
storiæ communibus, quibus apud authores harum mulie-  
rum aliqua fit mentio, traditoq; exemplari meo Italico,  
in quo auersarum nummorum partium copiosiores ple-  
rasq; enarrationes ascripseram, quàm in Italico nostro im-  
presso continebantur, quamuis idem pene totum me ab-  
sente sub prælum positum fuerit. Hunc itaq; OTHO Car-  
dinalis Amplifs. & Illustris. tuo dicatum Genio, constitui  
iam fo-

iam foras emittere, qui dum præstantissimam quanq; ac gloriosissimam actionem tuam assiduè tuetur ac protegit, idem etiam opus hoc meum conseruet, atque in perpetuum propaget fortunæ eius partem illi communicando, quam ille tibi semper largitus, atque in posterum largiturus est. Neque verò hoc absque maturo consilio facerem aggressus, cum prius, non solum clarissimæ tuæ familiæ nobilitatem, ac magnum vectigal, amplitudinemq; dominij ( de quibus hic nihil dicam amplius, quòd omnibus satis sint notæ, & sapientiores minimam veræ in eis laudis partem collocauerint ) verùm etiam prudentiam, modestiam, integritatem, religionem, pietatem, & magnanimitatem tuam mecum perpendissem. Quæ quidem virtutes ita tibi vni omnes sunt propriæ, & tecum versantur semper, vt te humanis adhuc agentem, omnino reddiderint diuinum. Cuius quidem præstans illud Pauli III. Pontificis Maximi iudicium, amplissimum testimonium dedit, cum te ob merita tua in Cardinalium numerum adoptaret, quo & tum Sacrosanctæ Dei Ecclesiæ firma basis, & columna quædam esses, & Seruatoris nostri Christi, Vicarij in terris à Septentrione vices sustineres, essesq; vnus ex illis, quibus cœli mundiq; sustinetur porta, aureis cardinibus, qui nec ictibus vllis, nec rubigine quocunque positi sint loco, conficiuntur. Qua de causa verè in te conuenit illud Esaiaë propheta. Super muros tuos constituisti custodes; nam & vitæ sanctitate, & morum innocentia totus versaris in propagãdo fidelium, grege, quem tui non immemor muneris, vel proprio sanguin

guine ab imminenti hoste sedulo tueri nō desistis, scilicet eius muneris perfungendi gratia, quod purpurei pilei dignitatæ tibi præstandum est. Id quod pulcherrimo illo Pellicani tibi desumpto symbolo, nostroq; Symbolorum libro inserto, piè iuxta ac modestè significare voluisti, cū ad hæc non ignorarem quantopere humanioribus ipse literis, & historiæ præsertim antiquæ lectione delecteris, teste nobilissima illa tua omnis generis cum librorum, tum picturarum vndiq; parta supellectile, inquam vel regiam liberalitatem, & munificentiam superasti, & quam benignus studiosorum omnium fautor, alterq; Mœcenas semper extiteris. Hæ tuæ diuinæ virtutes ad dubitanti mihi nonnihil planè persuaserunt, vt hanc meā qualem qualem operā, tuo nuncuparem nomini, eiusq; bonis auspicijs in hominū manus prodiret comitatā à tuo sacrosancto Genio, tanquam certissimum quoddam mei in te animi promptitudinis testimonium. Cuius quidem maiorem quam huiusce doni mei tenuitatis apud te Dei Optimi immortalis more, rationem sis habiturus, firma quadam interna spe adductus, eas tibi breui fortunas, atque ad tantam sublimitatem, & ad tantum Imperium tuis meritis conforme diuina accessuras prouidentia, vt & mihi, & cæteris haud obscuri nominis scriptoribus celebrandæ Magnanimitatis, Iustitiæ, vitæq; tuæ integritatis, non pœnitendum præbiturus sis argumentum. Bene vale. Venetijs pridie Cal. Octob. M. D. LVIII.

CVM PRIVILEGIIS.

Pontificis Maximi.

Sacræ Cæsareæ Maiestatis.

Philippi Hispaniarum, Angliæq; Regis, &c.

Senatus Veneti.

Ducis Florentiæ, & aliorum Principum.

ANTIQUITATVM STUDIO SIS.  
EX ITALICO IN LATINVM  
CONVERSA.



OMPLURES tum antiquorum, tum iuniorum scri-  
ptorum id sibi assumpserunt scribendi argumentum, vt  
vel Cæsarum vitas, vel summorum Pontificum, vel il-  
lustrium Poetarum, vel insignium aliquorum virorum  
magna cum orationis, & vbertate, & elegantia describe-  
rent. Ego verò id mihi negotij assumpsi, vt quinquaginta, & quattuor mulierum vitas describerem, quarum aliæ auix, aliæ  
amitæ, aliæ matres, vel sorores, vel coniuges, vel filix, vel neptes Impe-  
ratorum fuerunt, inter quas decem, & quattuor Augustarum nomen sunt  
consecutæ, Nonnullæ ex his prudentes, honestæ, maximi ingenij, plu-  
ribusq; vtilis; aliæ contra imprudentes, inuerecundæ, flagitiosæ, mul-  
torumq; malorum causa extiterunt. Bonæ perpaucæ sanè; quæ tolerari  
possent, nonnullæ; at plures horrendæ maximè feræ, vel portéta potius,  
& monstra quædam formidãda naturæ, quàm mulieres videri potuissent.  
Earum enim causa Roma Imperium sæpius mutasse, Principum quorun-  
dam humanitatem, atque clementiam corruptam sensisse, nonnullorum  
iniquitatem pertulisse, multorumq; monstrorum rabiem, cum infinita  
propè immanitate, & insania passa fuisse, conspicitur. Inuenietis, vt par  
est, diuersos postea earum fines, quippe cum alias amauerint, coluerint,  
plurimiq; fecerint non earum modo mariti, sed P. etiam R. aliæ inuisæ  
fuerint omnibus, ex Imperatoria consuetudine palatijq; non mediocri cū  
ignominia eiectæ: quæ omnia nō magnam modo delectationem, sed ma-  
ximam etiam vtilitatem legentibus allatura existimo. Neque minorem  
præterea voluptatem percipietis, quod tamen non sine aliqua vtilitate ac-  
cideret, vbi res gestas earum legentes, propositas illarum imagines confide-  
raueritis. quoniam quasi animorum quoddam speculum in his sese offe-  
rent, quas ex antiquissimis æreis, argenteis, aureisq; numismatibus ex-  
cerptimus, cum ijs omnibus comendi generibus, quæ cum posteriori-  
bus numismatum partibus inuenire potuimus, cumq; eorum omnium  
quæ visuntur, explicationibus. Ibidem eorum nomina referuntur, apud  
quos reperiuntur hæc numismata, atque hæc omnia antiquorum scri-  
ptorum autoritate corroborantur. Varia sunt ornamenta singulis ima-  
ginibus, atque omnibus numismatibus sui numeri in posteriorum par-  
tium tabulis consignantur, quorum beneficio eorum inueniuntur expo-  
sitiones:

b a sitiones:

fitiones: quo ex varijs huiusce operis nostri rebus diuersa ingenia volu-  
 ptatem, vtilitatemq; aliquam percipiant, cum quiuis, quoties opus fue-  
 rit, in tanta inuentionum varietate, facile quod voluerit, inuenire possit.  
 Nulli mehercle vel labori, vel sumptui pepercimus, neque ita difficile  
 quicquam sese obtulit: quod pro viribus nostris omni industria, studio,  
 ac diligentia ad optimum finem non perduxerimus, cum minime omnia  
 superius à me commemorata numismata (ne quisquam se deceptum à me  
 fuisse existimet) ex antiquis exemplaribus sint excerpta, neque tamen ex  
 me ipso ea confixi: est enim res quæ ab historici nomine maximè abhor-  
 reat, ea quæ minime sunt, confingere: verum partim ex libro quodam à  
 diuersis composito, & ab Andrea Fulvio præcipuè Iacobo Sadoletto Epi-  
 scopo Carpent. postea Cardinali consecrato Pontifice Leone x. Anno  
 M. D. XVII. depromuntur. Hæc quidem an verè ex antiquis numi-  
 smatibus, vel sculpturis, vel ex statuis deprompta fuerint, non facile af-  
 firmauerim. Veruntamen ne vt vacua loca esse paterer ea prætermittere  
 nolui, id quod extra opus meum est, interim libero aliorum iudicio re-  
 linquendum existimaui. ibidem perspicietis nos in tabulis quibusdam li-  
 bri ipsius imaginem, nostramq; antiquam posuisse, sicuti paulò inferius  
 ordine explicabitur. Neque cuiquã dubium esse debet, quin alia pars  
 antiquis numismatibus sint simillima, quoniam eorum suis in locis citan-  
 tur testimonia, apud quos reperiuntur.

I M A G I N E S , Q V A S E X F V L V I I  
 L I B R O A C C E P I M V S .

Martia	Agrippina Tiberij coniux
Iulia C. Iulij Cæsaris amita	Antonia Maior
Aurelia	Liulla C. Cæsaris, Diui Aug. filij, coniux.
Cornelia	Drusilla C. Cæsaris Caligulæ soror
Pompeia	Liulla C. Cæsaris Caligulæ soror.
Calpurnia	Iunia Claudia
Iulia, C. Iulij Cæsaris filia	Octauia Claudij filia, numisma inferius.
Actia	Liua Orestilla
Octauia Augusti soror	Lollia Paulina
Claudia Octauiani coniux	Cæsonia
Scribonia	Drusilla C. Cæsaris Caligulæ filia
Iulia Augusti filia	Aemilia
Liua Augusti quæ prima est superius.	



Aemilia Lepida  
Liuvia Medullina  
Plautia Herculanilla  
Claudia Claudij filia  
Aelia Petina  
Valerie Messalinę numisma inferiori.  
Claudia Neronis filia, Augusta  
Statilia Messalina  
Mumma Achaia  
Lepida Galbæ coniux

Albia Terentia  
Sextilia Augusta  
Petronia  
Galeria Fondana  
Vespasia Polla  
Flauia Domitilla  
Domitillæ Vespasiani filia  
Augustæ imago,  
Arricidia  
Martia Fulvia

IMAGINES, QVAS EX ANTIQVIS  
NUMISMATIBVS DESVMPSIMVS.

Liuiæ Augustæ duo numisma inferiora.  
Antonia minor Claudij Imperatoris mater  
Agrippina C. Cæsaris Caligulæ mater, Augusta.  
Agrippina Neronis Imp. mater, Augusta.  
Antonia Claudij Imperatoris filia, Augusta. (Magnus  
Valeriæ Messalinæ numisma superior, quem habet Venetijs Stephanus -  
Octaviæ Neronis Imp. vxoris numisma superior.  
Poppæa Sabina quæ penes Lauredanum  
Sextiliæ Augustę pars aduersa, quę est posterior numismatis Vitellij Imp.  
Domitillæ posterior pars, quæ ex altera inscriptionem tantum habet  
Iulia Titi Imperatoris filia, Augusta.  
Domitia Augusta.

QVAE AVGVSTAE NOMINI ASSVPTAE  
FVERVNT, SECVNDVM ORDINEM  
TEMPORVM DISPOSITAE.

Liuvia Augusti vxor, Augusta.  
Agrippina C. Cæsaris Augusti Germanici mater, Augusta.  
Iulia Agrippina Neronis Imp. mater, Augusta.  
Antonia Claudii Imperatoris filia, Augusta.  
Claudia Neronis Imp. filia, Augusta.  
Sextilia Vitellii Imperatoris mater, Augusta.  
Iulia Titi Imperatoris filia, Augusta.  
Domitia Domitiani Imperatoris vxor, Augusta.  
Antonia minor Claudij Imperatoris mater.

QVAE SECUNDVM CONIECTVRAS NOMEN  
AVGVSTAE ACCEPERVNT.

Iulia Drusilla C. Cæsaris Caligulae soror  
Octavia Claudii Imperatoris filia  
Valeria Messalina Claudii Imperatoris vxor  
Poppæa Sabina  
Domitilla Vespasiani Imperatoris filia

QVAE POST MORTEM HONORES  
DIVINOS CONSECVTAE SVNT.

Diua Liuia Augusta, à Senatu P. Q. R.  
Diua Drusilla à Caio Cæsare Augusto fratre.  
Diua Claudia Neronis Imp. filia, à patre.  
Diua Domitilla Vespasiani Imperatoris filia, à Tito fratre.  
Diua Iulia Titi Imperatoris filia, à Domitiano patruo.

MVLIERV M VITAE SECVNDVM NVMEROS  
PAGINARVM DESCRIPTAE.

Martia C. Iulij Cæsaris Dictatoris auia	Pagina	Iulia Augusti filia.	33
Iulia C. Iulij Cæsaris Dictatoris amita	1.	Iulia M. Agrippæ.	39
Aurelia C. Iulij Cæsaris Dictatoris mater.	3	Liuia Augusta, Augusti vxor.	41
Cossutia C. Iulij Cæsaris vxor.	5.	Agrippina Tiberij vxor.	55
Cornelia C. Iulij Cæsaris vxor.	6	Antonia maior.	57
Pompeia C. Iulij Cæsaris vxor.	9	Antonia minor.	59
Calpurnia C. Iulij Cæsaris Dictato ris vxor.	11	Liuilla C. Cæsaris Aug. filij vx.	69
Iulia C. Iulij Cæsaris filia.	13	Iulia Drusi Cæsaris filia.	75
Accia Augusti mater	17	Agrippina Augusta, C. Cæsaris Ca- ligulae mater,	77
Octavia Augusti soror	21	Agrippina Aug. Claud. Imp. vx.	89
Seruilia Octavianij vxor	25	Iulia Drusilla, C. Cæsaris Caligulae soror.	107
Claudia Octavianij vxor	27	Liuilla C. Cæsaris Calig. soror.	113
Scribonia Augusti vxor	31	Iunia Claud. C. Cæs. Calig. vx.	115
		Liuia Orestilla C. Cæsaris Caligu- lae vxor.	117

Lollia Paulina C. Cæs. Calig. vx. 119  
 Cæsonia, C. Cæs. Calig. vxor. 121  
 Iulia Drufilla, C. Cæsaris Caligulæ  
 filia. 123  
 Aemilia Lepida Claudii vxor. 125  
 Liuia Medullina Claudii vxor. 127  
 Plautia Herculanilla Claud. vx. 129  
 Claudia Claudii Imp. filia. 131  
 Aelia Petina Claudii vxor. 133  
 Antonia Aug. Claudii Imp. fil. 135  
 Valeria Messalina Claudii Impera-  
 toris vxor. 141  
 Octauia Claudii Imp. filia. 145  
 Poppæa Neronis Imp. vxor. 151  
 Claudia Neronis Imp. filia. 155  
 Statilia Messalina Neronis Impera-

toris vxor. 157  
 Mummiæ Achaia Galbæ mater. 159  
 Lepida Galbæ vxor. 161  
 Albia Terentia Othonis mat. 163  
 Sextilia Augusta Vitellii Imperato-  
 ris mater. 165  
 Petronia Vitellii vxor. 167  
 Galeria Fondana Vitellii vxor. 169  
 Vespasia Polla Vespasiani mat. 171  
 Flauia Domitilla Vesp. vxor. 173  
 Domitilla Vesp. Imp. filia, 175  
 Arricidia Titi vxor. 177  
 Martia Fulvia Titi vxor.  
 Iulia Augusta Titi Imp. filia 179  
 Domitia Augusta, Domitiani Im-  
 peratoris vxor. 187

E L E N C H V S S C R I P T O R V M, E Q V I-  
 B V S D E C E R P S I M V S H I S T O R I A M  
 E T I N O P E R A C I T A N T V R.

Alexander ab Alexandro.  
 Appianus Sophista Alexandrinus  
 Asconius Pedianus  
 Cælius Rhodiginus  
 C. Plinius Secundus  
 C. Plinius Cæcilius secundus, Iu-  
 nior.  
 C. Sallustius Crispus  
 C. Silius Italicus  
 C. Suetonius Tranquillus  
 C. Velleius Paterculus  
 Decius Iunius Iuuenalis  
 Dion Cassius Nicæus  
 Diuus Isidorus Hyspalensis.  
 Eusebius Cæsariensis  
 Flavius Eutropius  
 Herodianus Grammaticus Alexan.

Iosephus Iudæus  
 Iulius Solinus  
 L. Anneus Seneca Cordubensis  
 L. Florus  
 Macrobius Parmensis  
 M. Tullius Cicero  
 M. Valerius Maximus  
 M. Valerius Martialis  
 Oratius Flaccus Venusinus  
 Orfeus antiquissimus scriptor, ab  
 alijs citatus.  
 Paullus Orosius  
 Philostratus  
 Platina  
 Plautus  
 Plutarchus Chæroneus  
 Porphyrius, & Iamblicus

P. Ouidius Naso  
P. Virgilius Maro  
P. Cornelius Tacitus  
Quintilianus

Sex. Aurelius Victor.  
Sex. Julius Frontinus  
Stattus Papinius Neapolitanus,  
T. Liuius Patauinus.

DE ANTIQV ARVM MV LIERVM NOMINIBVS  
BREVIS TRACTATVS.




ROMANAE antiquitus mulieres nullum prænomen maiori ex parte sortiebantur, verum vice nominis eo fungebantur, quod ipsarum familiæ erat nomen, sicuti ex Martiorum familia Martiæ appellabantur; ex Aureliorum Aureliæ, Iuliorum Iuliæ, Cossutiorum Cossutiæ, atq; eodem pacto ex cæteris familijs. Hanc rem ita sensit Possidonius, quanquam, vt ait Plinius, Tanaquil Tarquinij coniux Caia Cæcilia nuncupabatur, & cum suis prænominibus Acca Laurentia, & Caia Terentia in Annalibus, vt autor est Gellius, atque in scriptis antiquorum marmoreis reperiuntur. Plutarchus contra Possidonij sententiam, Romanas mulieres duo nomina habuisse, ac mares tria, memoriæ prodidit; In hoc etiam nostro libro duobus cum nominibus, siue nomine, & cognomine potius, complures leguntur: Sicuti Lollia Paulina, Aemilia Lepida, Plautia Herculanilla, atque aliæ nonnullæ; Lollia, à nomine familiæ Lolliorum, Aemilia, Aemiliorum, Plautia Plautiorum dictæ erāt. Earum nomina vel à patribus, vel ab auis ex eorum familia, sicuti dictum est, depromebantur. Cognomina aliquando eadem erant, quæ & paterna, vel sumebātur ex materna progenie, vel ab aliqua illustri hominis origine, vel ab eo loco vnde ipse defluerant, vt Mummia Achaia, ab Achaico L. Mummio, & sicuti Iulia Agrippina Neronis mater, ex Iulia familia, in quam Germanicus Cæsar eius pater per adoptionem à Tiberio Imperatore, iussu Augusti, receptus fuerat, & matre Agrippina nominabatur, vel ab Agrippis ob M. Agrippam auum maternum dicta est Agrippina. Liuia cognomento Medullina cognomen habuit Camille à Camillo vrbs liberatore, & Galeria Fundana à Fundis Campaniæ oppido, tum multiplex huiusmodi varietas apud diuersos historiarum scriptores reperitur.

MARTIA C. IULII CAESARIS AVIA.




**N**ULLI profectò obscurum esse existimo Martiorum familiam, ex qua Cæsaris avia nomen accepit, fuisse nobilissimam, atq; Illustrissimã inter Romanos, tum ob ipsius antiquitatem, tum ob multos etiam honorificetissimosq; magistratus, quos obtinuit, cum Cõsules ex ea complures extiterint. Huiusce familiæ fuit Martius Vates, vir ille ob singularem probitatem, eloquentiamq; insignis, qui dignus habitus est, vt à Senatu ad Perseum Regem mitteretur, quo ad eum orationem haberet, vti Liuius, Macrobiusq; literarum monumentis tradiderunt. Ab hac familia nomen, & aqua sumpsit, quæ ex fontibus Fucini lacus delabitur, ob Q. Martium Regem, sic familia fuit nominata, quia à Rege Martio proficiscitur. Testis est illius nobilitatis C. Iulij Cæsaris eius nepotis funebris oratio, quæ apud Suet. extat in amitæ laudem his verbis. Amitæ meæ Iuliæ maternum genus ab regibus ortum, Paternum cum Dijs immortalibus coniunctum est. Nam ab Anco Martio sunt Martij Reges, quo nomine fuit mater: à Venere Iulij, cuius gētis familia est nostra. Neque tamen facile inuenio vnde hæc uel ex matre traheret originem, uel quod eius pater haberet prænomen. Cum duo huic essent filij mas scilicet, ac scēmina, mas C. Iulius Cæsar, uti in Fastis Capitolinis legitur, non Lucius, quem ex Aurelia coniuge C. Iulium Cæsarem postmodo Dictatorem suscepit, perijt mox ipse repentina morte dum calciaretur matutino tempore, sicuti asserit Plinius libro VII. cap. 57. atque Iulia eius filia Caio Mario, qui septies fuit Consul, in matrimonium fuit coniugata.



VENERI VICT.  
IVLIAE C. MARI COS. VII.  
CONVGI C. IVLI CAESARIS  
DICT. PER. AMITAE SANCTIS-  
SIMAE.

II





MARTIA C. CAES. DICT. AVIA

D · M ·  
MARTIAE  
Q · F · CAESAR  
DICT · PERP ·  
AVIAE NOBI ·  
LISSIMAE  
B · M · F ·

I



## IVLIA, C. CAESARIS AMITA.



IVLIA, C. Cæsaris amita ex Martia nata, fuit nobilissima, quippe quæ ex patre ab Aenea Troiano, à cuius filio Iulo Ascanio Iuliorum familia nomen adepta est, ex matre ab Anco Martio Romanorum Rege originem duxerit. Fratrem habuit L. Cæsarem uirum consularē, maritumq; C. Marium, qui septies Consulatum gessit, ac primo sui extremi Consulatus mensē Romæ mortuus est. Huic unicus erat filius, ex patris nomine C. Marius nuncupatus, qui cum postea paternas inimicitias suscepisset, à Syllanis victus, sibi ipsi Præneste obsesso mortem consciuit. Cùm verò ea triumphos, miseriasque conspexisset, maritiq; gloriam, extremamq; eiusdem calamitatem, & mortem filij, unà cum Romæ, totiusque Italiæ deuastatione, nepote Quæstore interijt; à quo ex funebri consuetudine luculentissima oratione pro Rostris fuit laudata. Huius corpus in campo Martio in familiæ Iuliorum tumulo fuit depositum. De ea Appianus libro Bellorum ciuiliū primo, Suetoniusque in Cæsare, & Eutropius libro quinto, pluribusque in locis Liuius, ac sexagesimo septimo Florus mentionem fecit, & Plutarchus.

A Aurelia

AVRELIA C. IVLII CAESARIS MATER.



## COSSVTIA CAESARIS PRIMA VXOR.




COSSVTII nominati sunt, ut nonnulli arbitrantur, ex corporis rugis à vermibus quibusdam Cossis nuncupatis, qui nascuntur in arboribus. Horum fuit familia Equestris ordinis, Cossutiaque mulier, de qua nunc agimus admodum fuit diues, Cæsarique nupsit, qui tunc ætatis suæ annum decimum sextum agebat, eratque Flamen Dialis, à quo postea fuit repudiata, sicut scriptum est à Suetonio in vita Cæsaris. Inter Diui Iuli numismata, moneta quædam argentea reperitur, cuius in posteriore parte nomen Caii cuiusdam Cossutii legitur cognomento Mari-diani, qui Triumvir fuit auri, argenti, æris flati feriundi, qui forte etiam Cossutiæ frater erat, vel alio quouis sanguinis uinculo illi coniunctus: cuius rei argumentum ex huiusce numismatis exemplari innotescit.



Cornelia

6  
CORNELIA CAESARIS II. VXOR.



7


CORNELIA CAESARIS II. VXOR.



**N**ASCITVR Cornelia ex Lucio Cornelio Cinna, atque Annia eius vxore: pater quater Consulatum gessit, quem etiam Dictatorem fuisse Plutarchus asserit. Hic cum Syllæ obuiam procederet in Liburnia, à suo ipsius exercitu trucidatus est, cum adhuc esset Consul; vt scripsit Appianus libro primo Bellorum ciuiliū. Filium reliquit eiusdem nominis, qui in ea dissensione, quæ inter Catulum, & Lepidum Consules intercessit, ut refert Tranquillus in Cæsare, cum Lepidi partes sequeretur, Lepido ex Italia fugato, in Hispaniam ad Sertorium confugit. At cum Lepidus postea mortuus esset, intercedente Cæsare eius sororis marito, in patriam à populo restituitur, atque mox, in paterno exercitu à suis inimicis trucidatur, qui eum antiquo odio prosequerentur, vt affirmat Plut. in Pompeio. Mater post Cinnæ mortem cum Marco Pisoni Consulari uiro denuò nupsisset, ab eo fuit amandata, quod vt faceret, à Sylla Dictatore, coactum esse author est Paterculus. Statim atque Cæsari coniuncta est Cornelia, in utero concepit, Iuliamque peperit, quæ postea Pompeio fuit desponsata. Eam vero frustra Sylla, vt id Cæsar in Corneliam efficeret, experitur, quod in Annia fecerat Piso: ille Iouis sacerdotio priuari maluit, vxorisque dote, quæ illi confiscata fuit, & hereditate, quæ ad eum familiæ nomine pertinebat, atque etiam vt contrariarum partium haberetur, quam Cornelie nuptias, matrimoniumque dissoluere. Quod sanè optime vxoris, singularisque probitatis non mediocre est argumentum. Obiit Cæsare Quæstore, à quo funebri oratione ex patrio instituto decorata fuit, ut refert in Cæsare Suetonius.

Pompeia

POMPEIA CAESARIS III. VXOR.




POMPEIA CAESARIS III. VXOR.



**X**PLORATVM est sanè omnibus quàm potès esset per se Pompeiorum familia, quæ tamen ob multarum etiam familiarum affinitatem multo fuit potentior, at duarum præsertim præstantium, Corneliorũ scilicet, & Iuliorũ. L. Cornelius Sylla Dictator suam filiam Q. Pompeio Pompeiæ fratri in matrimoniũ collocavit. C. Iulius Cæsar, Pontifex max. filiam suã Iuliam Gneo Pompeio cognomèto Magno in matrimonium dedit. Quantum hic, & prius armorum uirtute excelluerit, & mox cum bellum gereret in Cæsarem, omnes sanè plenæ sunt historiæ. At idem Cæsar post obitum Iuliæ, & repudium huius Pompeiæ, de qua agimus, ad retinendam amicitiam, affinitatemque Pompeii, Octauiam, sororis suæ neptem (ut in uita ipsius Cæsaris intueri licet apud Suet.) quæ C. Marcello nupta erat, sub conditione ei detulit, sibi que Pompeiam filiam in matrimonium petiit, Fausto Syllæ Corn. Syllæ Dictatoris filio destinatam, quod etiam asserit Florus in Epitomis in Liuium. Q. Pompeius huius Pompeiæ pater vir Consularis cum ad accipiendum exercitum in Pontum profectus esset, ita Gneo Pompeio Magno Proconsule, eiusque fratre consulente, in bello quod in Mithridatem regem gerebatur, cæsus fuit. eiusque frater Q. Pompeius etiam dum id ageretur, ut Marius dux exercitus mitteretur in Pontum, repugnantibus L. Sylla, Quintoque Pompeio eius patre Consulibus, à Marianis interimitur, sicuti author est Liuius libro septuagesimo septimo, Florusque libro tertio, Plutarchus in uita Syllæ, Appianus libro de bello Mithridatico, de quo etiam Orosius, Eutropius, Valerius Max. Velleiusque Paterculus posteriori uolumine, & Plinius Iunior. Pompeia post Corneliæ mortem Cæsari nupsit, qui paulo ante ex Prætura Iberiæ magistratum exierat. quam cum amaret P. Clodius, qui postea fuit Tribunus plebis, ea increbuit opinio, quòd adulterium commisisset cum eo in sacris Bonæ Deæ, cum ille muliebribus uestibus indutus esset eò ingressus. Fuit ea idcirco à Cæsare repudiata, cum is diceret, iudicare suos tam suspicione, quàm crimine, carere oportere, sicut asserit Suet. in Cæsare, ac Plutarchus; Cicero uero in Epistolis ad Atticum, Seneca libro decimosexto Epistolarum ad Lucilium; qua de re copiosius scripsit Asconius Pedianus in Orationem pro Milone.

B Calpurnia

CALPURNIA CAESARIS IIII.  
ET VLTIMA VXOR.






CALPURNIA CAESARIS IIII.  
ET VLTIMA VXOR.



**N**ULLA ex parte, sanè parum nobilis fuit Calpurnioruna familia, quãdoquidem & ipsa à Regibus traxit originem, Calpus Numæ Romanorum Regis filius, vt scribit Plut. eorum fuit progenitor, atq; Calpurnij ex huiusce nomine dicti sunt. ex hac familia complures præstantes sanè viri fuerunt, atq; inter ceteros L. Calpurnius, qui cum filiam suam Cæsari in matrimonium dedisset, illi successit in Consulatũ, magnoq; fuit adiumento, vt eius cogitationes ad exitum perducerentur. Celebratæ igitur sunt nuptiæ quo tempore Cæsar primo fuit Cõsul, filiamq; Cn. Pompeio collocauit. Appianus Alexandrinus libro Bellorum ciuiliũ secundo, eam falso accusat adulterij cum P. Clodio in templo Bonæ Deæ per sacrum occasionem. Ea nocte, quæ præcessit, antequam Cæsar interficeretur, visa est in somnis videre collabi fastigium domus, maritumq; in eius cõplexu confodi, atq; cubiculi fores continuò sponte patuerunt, authore Suet. Scriptum reliquerũt Liuius, ac Plut. eam somniasse Sacellum euerti, atq; collabi, quod erat ante Cæsaris domum ex Senatus consulto extructum. Narrat Velleius posteriore volumine, & Suet. cum ab Aruspibus Cæsar fuisset admonitus, vt Martias Idus deuitaret, rogauit eum Calpurnia ne eo die domo exiret. Cum hæc postea mariti cognouisset mortem, confestim pecuniam, donaria, omnemq; apparatus, qui fuerat Cæsaris, in Marci Antonij tunc Consulis domum, tanquam in tutum locum asportari iussit, quæ etiam inimicitia occasio postea fuit inter Octavianum Marcumq; Antonium, vt scribitur ab Appiano libro tertio Bellorum ciuiliũ.

IVLIA EX CORNELIA CAESARIS FILIA.



13

IVLIA EX CORNELIA CAESARIS FILIA.




VLIORVM familiam antiquam fuisse diximus, ac nobi-  
 lem, quando ex Venere Aeneae Troiani matre originem  
 duxit (Iulos enim à prima barbæ lanugine pleriq; dictos  
 autumant, vt testatur Alexāder libro Genialium primo  
 cap. nono, nam Græci *ἰσλον* primam in mento lanuginem  
 dixerunt) cuiusce familiæ fuit Cæsar Iuliæ pater; atq; de  
 Corneliorum etiam familia, ex qua ipsius mater extitit perscripsimus. Nata  
 est hæc primo statim anno, quo Cæsar Cornelie nuptias celebrauit, cum is  
 nondum XVIII. ætatis suæ annum excessisset Cn. Papinio Carbone ter-  
 tio, Caioq; Mario Gratiliano Consulibus, anno ab Vrbe condita 671.  
 Cum hæc annum ætatis suæ circiter vigesimum quartum ageret, pater eam  
 Cneo Pompeio in matrimonium concessit, cum primo Consul esset Cæsar,  
 vbi ex illius voluntate Seruilium Cepionem primum eius maritum aman-  
 dasset, cui paulo antea fuerat desponsata (Huic postea Pompeij filiam in ma-  
 trimonium collocarunt, Fausto Syllæ antea coniunctam) ipso Cæsare tunc  
 Calpurniam L. Pisonis filiam vxorem ducente, qui illi in consulatum erat  
 successurus, vociferante multum Catone rem intolerandam esse, quòd præ-  
 turæ, ac imperia per nuptiarum lenocinia venderentur. Scribuntur hæc à  
 Suetonio in Cæsare, & a Plutatcho in vita Pompeij, ab Appiano libro Bel-  
 lorum ciuiliū secundo. Cum autem hæc contracta fuisset affinitas, Iuliaq;  
 in Pompeiorum familiam pertransisset, Cæsaris ambitio radices extendere  
 cœpit, quòd & soceri gratia, & generi se adiuuari intelligeret, quorum auxi-  
 lio Galliarum facile fuit Imperator, in aliudq; quinquennium prouinciæ  
 cõfirmatæ, quæ materia triumphorum extitit, & vt ad tantam molem post-  
 modum aspiraret. Verum fortuna, quæ res in eodem statu nunquã esse per-  
 petitur, tantam Romanæ Reipublicæ potentiam, quæ per quadringentos ac  
 sexaginta ferè annos viguerat, vt asserit Eusebius in Chronicis, in repenti-  
 nam propè seruitutem commutauit. Cum Iulia esset grauida, accidit vt in  
 diebus comitialibus nõnullis cœsis, vulnerati quidam Pompeio adhæserint,  
 eiusq; vestem sanguine consperferint, quare cum poposcisset seruos Pom-  
 peius vt vestem mutaret, seruiq; ipsam cruentam domum apportassent, eam  
 forte vidit Iulia, Pompeiumq; interfectum credidit, quare semimortua con-  
 cidit, ob timorem huiusmodi eiectus est partus, ac statim mortuus, vt tradi-  
 dit Valerius Maximus libro quarto, quamquam non desunt, qui eam gra-  
 uidam denuò puellam peperisse dicant, atq; ipsam in partu diem suum  
 obiisse ob dolorem pariendi. Accidit autem hoc eo tempore, quo Cæsar  
 in Gallia bellum gerebat, neq; multis sanè diebus interpositis, interiit etiam  
 filia,

## IVLIA EX COR. CAESARIS FILIA.

filia, cuius cum tumulum Pompeius in Albano esset conditurus, a plebe coactus fuit in campo Martio exequias celebrare, sicuti memoriae prodiderunt Plut. in Pompeij vita, Appianus libro Bellorum ciuiliu secundo, Velleius in Posteriori volumine. Tunc pollicitus est Cæsar se Populo gladiatorum magnificentissimum spectaculum editurum, cum sumptuosissimo epularum apparatu in filiae memoriam, quod ante eum nemo fecerit, sicuti scribit Suet. in Cæsare, quem etiam testatur in vita Augusti, post reditum ipsius Cæsaris Diui filij ex Apollonia ad urbem, statim eo ingresso, Iuliae monumentum fulmine percussum fuisse. Afferunt scriptores non Iuliae mortem, sed nuptias potius Reipublicae deuastationis causam extitisse, quoniam focer, atque gener de Romanorum Imperio inter se dimicarunt, Cæsar vel fortunae beneficio, vel ex sua ipsius virtute victoriam obtinuit, ex cuius hereditate Octavianus consecutus est monarchiam, non nihil tamen suo præstantissimo ingenio adiutus, atque Romani seruire paulatim vni domino assueuerunt.



ACTIA CAESARIS AVGVSTI MATER.





V O D Marcus Actius Balbus Actiæ pater vir esset illu-  
 stris, vel complures eius maiorū imagines sunt argumen-  
 to, quæ passim etiam vsq; ad tempora Diui Hadriani con-  
 spiciebantur, siquidem Senatores permulti fuerunt ex ea  
 familia, atq; ex matris origine Pompeio erat coniunctus.  
 Hic oriundus fuit ex Aricia antiquissimo Latij opido, vir  
 prætorius, inter Viginti viros agrū Campanum Romanorum coloniis Iu-  
 lia lege diuisit, quamuis M. Antonius maternam Augusti originem despi-  
 ciens, dicere cōsueuerat patrem Balbi Afri generis atq; vnguentariū fuisse,  
 ac Augusto aliquando obiiciebat, illum Aritiæ exercuisse pistrinum, Cas-  
 siusq; Parmensis in quadam suarum epistolarum carpit, nec solum quia pi-  
 stor is fuerit, verum etiam nummularius, vti attestatur Suet. in Augusto.  
 Verum Marcum Antoniū carpit Cicero in Philippica tertia, quoniā Octa-  
 uiano obiecerit Actiam ex Aritia fuisse, cum id mnnicipium, & ob antiqui-  
 tatem nobilissimum sit, & honorificentissimus locus; quin etiam in Balbi,  
 Actiæq; laudem hæc verba subiunxit Cicero. Huiusce sanctissime fœminæ,  
 atq; optimæ pater Mar. Actius Balbus in primis honestus prætorius fuit.  
 Iulia vna ex sororibus C. Iulij Cæsaris fuit Actiæ mater, quæ ex Balbo etiā  
 filium concepit, vt asserit Plinius libro septimo. Nupsit Actia C. Octauio  
 primum, viro sanè quam ditissimo, quiq; omnes magistratus facile obti-  
 nuit, ex quo duos filios peperit, Augustum scilicet, & Octauiam minorem.  
 Verum post Balbi mortem Q. Martio Philippo consulari viro iuncta filiū  
 genuit, quem L. Philippum nominarunt, ac postea Caligulæ Imperatoris  
 iussu interiit, vt scripsit Dion in historia Augusta. Narrat Appianus libro  
 Bellorum ciuiliū tertio hanc, eiusq; maritum Marcium Philippum post  
 Cæsaris mortem in Apolloniam ad Octavianum scripsisse, ne ob hæredita-  
 tem sibi a Cæsare relictam extolleretur, sed potius amplecteretur priuatam  
 viuendi rationem, tanquam securiorem, minusq; periculis obnoxiam, Cæ-  
 saris exemplum in memoriam illi reuocantes, qui cum superasset inimicos,  
 ab amicis & familiaribus sibi cauere non potuit. Verum vbi illius animum  
 ad maiora extolli omnino intellexerunt, eum admonuerunt sæpius vt ma-  
 turè, ac prudenter procederet omniaq; faceret non minime excogitatum;  
 atque arte potius, ac tolerantia, quàm aperta fiducia, res suas ad exitum  
 perducere niteretur. Narrat Tranquillus in Augusto, se in Asclepiadis Men-  
 detis libris legisse, Actiam priusquam Augustum concepisset, cum ad Apol-  
 linis solenne sacrum media nocte accessisset, in templumq; lata fuisset in le-  
 ctica, alijs matronis dormientibus obdormisse, eoq; tempore draconem  
 C ei visum

## ACTIA CAESARIS AVGVSTI MATER.

ei visum esse repente irrepisse ad eam, quo paulo post discedente, somno soluta, quasi a concubitu mariti purificasse se, & continuo in eius corpore maculam velut depicti draconis extitisse, nec deleri vlllo pacto vnquã potuisse, adeo vt in posterum publica etiam balnea deuitauerit. Priusquam eadem C. Octauium Cæsarem pareret, vidit per somnum sua viscera ad astra vsque efferri, eaq; nunc extendi in vniuersum terrarum orbem, nunc rursus contrahi. Obiit enim eo anno, quo primum Octavianus consulatum obtinuit, vt scribit Suet. in Augusto, qui fuit a condita Vrbe. 710. Olympiade verò 184. vt asserit Cassiodorus, & Cuspinianus.


Octavi



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

C 2

OCTAVIA MAIOR.



## OCTAVIA MAIOR SOROR AVGVSTI.



**O**CTAVIORVM familiam Velitris præcipuâ olim fuisse compluribus argumentis demõstravit Suet. in Augusti vita: qui eos scribit Tarquinio Prisco rege primum in Senatum ab eo inter minores allectos, mox a Servio Tullo in patricos transductos, ac procedente tempore ad plebẽ delatos, diui Iuli beneficio in patriciorum numerum restitutos fuisse, primumq; ex hac familia magistratũ populi suffragio cepisse C. Ruffum, eumq; tũc Quẽstorem duos procreasse filios Cneum scilicet & Caium. A quibus duplicem Octaviorum familiam defluxisse ait cõditione longe diuersa. Siquidem Cneus & deinceps qui ex illo successerunt, omnes summis honoribus functi sunt. At Caius eiusq; posterum intra Equestre ordinem constitere vsq; ad Octaviæ patrem. Proauus paternus Octaviæ secundo Punico bello, stipedia in Sicilia Tribunus militum meruit sub Aemilio Papo Imperatore. Eiusdem auus municipalibus officiis contentus in opulento abundanteq; patrimonio tráquillissime cõsensuit. M. Antonius libertinum Augusto proauum exprobrat Restionem, & pago Thurino auum argentarium, atq; proauum eius maternũ Afri generis fuisse, & modo vnguentariam tabernam, modo pistrinum Ariciæ exercuisse obiicit. Eius frater Augustus nihilo amplius quàm Equestri familia se ornatum fuisse scribit, eaq; vetere quidẽ ac locuplete, & in qua primus Senator C. Octavius pater suus extiterit. Hic omnes magistratus & adeptus est facile, & egregie administravit. Discedens e Macedonia, cuius fuerat Prætor, præclarã suæ iustitiæ ac fortitudinis memoriam reliquens mature decessit, priusquam consulatum petere se habilem confiteri posset. Hæc a Suetonio de maioribus Octaviæ. Ex duabus vxoribus quas ipse C. Octavius habuerat, quarum prima Ancaria, secunda Actia dicebatur; ex Ancaria Octaviam maiorem, ex Actia Octaviã minorem appellatam, quod minor esset ætate, & Augustũ suscepit. Octavia maior C. Marcello desponsata fuit, eius Marcelli filio, qui cum Annibale pugnauit, cui binos mares, totidemq; fœminas peperit: ex maribus alter Marcus fuit Marcellus, alter C. Marcellus: cum ambæ fœminæ Marcelle dictæ fuerint. Verum cum hæc post Caii Marcelli mortem, in ea pace, quam Octavianus cum Marco Antonio post Macedonia, Perusiæq; victorias composuit, in matrimonium Marci Antonij concessit; ex quo duas concepit fœminas, quæ vno nomine Antonia, at ob ætatem altera maior, minor altera vocabantur. Cum verò denuo exoriretur dissensio inter Octavianũ & M. Antonium, Octavia inter fratrem, maritumq; intercedente, rursus amicitiam inierunt. Quamobrem Octavia ditissima, splendidissimaq; munera Octavianiano

## OCTAVIA MAIOR SOROR AVGVSTI.

uiano largita est: inter quæ decem onerariæ naues fuerunt ex iis, quas & ornatiores, & fortiores haberet Marcus Antonius; tum octoginta triremes, phaselosq; totidem. Contrà Octavianus vt ei se gratum ostenderet, mille et fidos & delectos milites, quibus ipse stipendia persoluebat, illi ad corporis custodiam largitus est, quoscunq; deligere voluisset Marcus Antonius; quæ sub finem quinquennij eorū Imperij gesta sunt, vt tradidit Appianus libro Bellorum ciuiliū quinto. Postea iter in Syriam, Octauia, filiaq; penes fratrem relictis, Marcus Antonius arripuit. Asiæ delitiæ interea, Cleopatrar laesciua, & immensus M. Antonij amor in Reginam, effecit, vt vxoris obliuisceretur: quam obrem Aegyptiorum moribus adhæsit ita, vt vel Cleopatrar in vxorem acceperit. Verum quantò magis despectui ob huiusce amorem à marito habebatur Octauia, tanto honorificentius à fratre tractabatur; quandoquidem in illius honorem vel duas & magnificas & pulcherrimas porticus, alteram apud Marcelli, apud Pompeij theatrum alterã eius nomini consecrauit. Illi præterea templum extruxit, forumq; Octauiar dictum, sicuti testatur Plinius libro trigesimo sexto. Cum tamen illa etiam suis sumptibus, in honorem Marcelli bibliothecam conspicuam cum ipsius Marcelli nomine cõdidisset. Magno in discrimine hæc eo tempore versata est, quo eius frater cum exercitu Romæ appropinquabat, vt per vim armorum crearetur Consul. Si quidem & ipsa, & Actia eius nouerca in templum Deæ Vestæ sese occultauerunt, quo tempore omni diligentia vsus est Senatus, vt ea inueniretur; plebs tumultuabatur illi minans supplicium, qui eas occulisset, vel aliquod earum haberet indicium, quod non patefaceret. Cum autem Romam Octauius aduentasset, magna cum lætitia Vestales virgines in fratris conspectum eam comitatae sunt, vt autor est Appianus libro tertio. Illa præterea, vt nonnulli tradiderunt, Virgilio in filij sui laudem hæc carmina sub finem sexti libri Aeneidos recitanti; tu Marcellus eris, & c. pro singulis versibus dena sextertia numerãda curauit. quin etiam inter Augusti familiares peritissimum illum Architectum Vitruuium collocauit, qui prius fuerat in Castris Cæsaris, quod ex commendatitiis eius literis effectum est; quarum etiam gratia ille omnibus machinis, belliciisq; instrumentis fuit præfectus, vnde maxima commoda reportauit, velut idem memoriæ prodidit in suo ad Augustum proemio. Narrat Suet. in Augusto, Octauiam mortuam esse, cum Augustus primo esset consul; atq; Dion libro quinquagesimo quinto quòd Cæsar funebrem orationem pro ea habuit in Diui Iuli templo, cum aureum tegumentum super cadauere posuisset, aliam habuit Drusus, Senatoresq; vestem mutarunt, quoniam illius mors publicus fuit meror, cuius

corpus


23

OCTAVIA MAIOR SOROR AVGVSTI.

corpus à generis ad sepulchrum fuit deportatum. Neq; Cæsar sanè omnia ea complecti uoluit, quæ in eius honorem à Senatu decreta fuerūt. Horum sentētia multum diuersa est ab iis, quæ supra commemorauimus, uidelicet. Octauiam maiorem appellatam, quæ Caio ac subinde M. Antonio post Perusinum bellum nupta fuerat, diem suum obiisse in primo illius fratris consulatu; quæ res mihi sanè maximam admirationem affert, cum Dion scribat corpus suum à generis suis sepulchro deportatum fuisse, quibus verbis coniectari licet, nec fuisse Octauiam minorem, nam illam generos habuisse nō reperio, ni forte hanc de qua agimus, censeremus potius minorem appellandam. Sed te quæso studiose lector, ut aliquid tui laboris operi nostro adhibeas, quò magis posterī perfruantur antiquorum exemplis. Harum rerum quæ superius diximus, mentionem fecit Plinius libro decimo nono, Suet. in Augusto, Velleius posteriori volumine, ac Plut. Neq; illud profectò prætermittendum existimaui, quod à Suetonio dicitur in vita C. Cæsaris, quia hæc Pompeio in matrimonium a C. Cæsare fuit oblata sub hac tamen conditione, ut is illi suam filiam collocaret; quod efficiebatur ut affinitas & amicitia quasi sanctiore quodam vinculo firmaretur.

Seruilia

## SERVILIA OCTAVIANI PRIMA VXOR.



SERVILIA OCTAVIANI PRIMA VXOR.

25




X Publio Seruilio cognomento Isaurico, qui bis consulatum gesserat, Seruilia oritur. Habuit eius pater hoc cognomentum ex Isauria, ciuitate quadam Pamphiliæ, quã ille subegit post eam victoriam, quã de Piratis obtinuit. Sub hoc magistro, eo tempore, quo mortuus est Sylla, Iulius Cæsar militiam breue tempus exercuit: atq; adeo pauperem hunc fuisse asserunt, vt ex publico exequias illi fieri oportuerit. Nupsit Seruilia Octauiano adolescenti; verum postquam reconciliatus est M. Antonio Octavianus post primò natam inter eos similtatem, militibus vtriusq; ex postulantibus necessitudine aliqua amicitiam stabilire, corroborareq; , repudiata fuit, vt asserit Suet. in Augusto

D

Claudia

CLAVDIA AVGVSTI VXOR II.





## CLAVDIA AVGVSTI VXOR II.



**P**UBLIVS Clodius Tribunus plebis ordinis Equestris, à quo genita est Claudia, fuit iuuenis formosus, opulentus, & eloquens; veruntamen vitijs deditus, superbus, & quouis alio insolētior: omnibus quidem notus ob adulteria, verū ob ipsa præcipuè Pompeiæ Cæsaris vxoris, triumq; sororum suarum supra, Clodiæ. s. Luculli vxoris, Terentiæ Martij Regis, & Quadrantis, quæ Metello Celeri nupserrat; de quibus mentio facta est à Leonardo Aretino apud Plutarchum in vita Luculli, non vt interprete, sed vt conditore. Occisus fuit à Tito Annio Milone apud locum quendam Bouillæ nuncupatum, cum ex Aritia reuerteretur, quod Ciceronis eius inimici hortatu factum fuisse creditur. Huius cadauer cum in Curia combureretur, arsit & ipsa Curia: de quo in Epitomis mentionem fecit Florus, Plut in Luculli vita, Marciq; Antonij & Ciceronis, Appianus libro Bellorum ciuiliū secundo, Suet. in Augusto, Plinius libro trigesimo sexto, & Asconius pluribus verbis in Orationem Ciceronis pro Milone. Neq; ipso mater sanè minus fuit obscæna, quandoquidem omni luxuriæ, libidinisq; genere suum corpus contaminauerat; fuitq; superbiæ fons, & ambitionis, animoq; ferino, & immani. Hæc Fuluia Clodio primum nupsit, deinde Curioni, ac nouissimè M. Antonio; L. Antonium, Antonij mariti sui fratrem ad Perusinum bellum inflammavit; Marcumq; Antonium rursus in Octavianum ad capeffenda arma incitavit, quòd ea ratione factum iri sperabat, vt Antonius à Cleopatra distraheretur, si quis rerū motus esset in Italia. Hæc Catilinæ coniurationem in Ciceronem detexit; hæc cum illius postea caput sibi oblatum fuisset, id sumpsit in manus, cōsectata cōuiciis spuit in faciem, supra genua collocavit, ex eoq; ore aperto linguam extraxit, quā acu è suis comis erepta magna cum voluptate pupugit. Quin etiam thoraca induebat Fuluia in bellis, gladium accingebat, signa distribuebat inter milites, atq; sæpius concionabatur; ita vt nihil prorsus in ea scæmineum præter corporis formam reperiretur. Verum illa posteaquam nullo pacto fieri posse intellexit, vt bellis Italicis M. Antonius ex Asia extraheretur, cum iter arripuisset vt ad eum in Asiā nauigaret, mortua est Sicyone ex mærore ob reprehensiones illius percepto, tribus filijs maribus relictis, Attilio scilicet, Iulio, & Antonio. Hæc igitur ex eo patre cuiusmodi fuit Clodius, & matre, qualis Fuluia, nata est Claudia, quæ nupsit Octauiano, cū nondum esset nubilis, cum primum reconciliatus est M. Antonio Octauianus: quæ ob quamdam dissefionem inter Fuluiam, & generum coortam, cū virgo esset adhuc, fuit repudiata. Quodq; causa simultatis verè extiterit, Cæsar in epigrāmate

D 2 quodam

## CLAVDIA AVGVSTI II. VXOR.

quodam suo edito in balneis patefecit, quod inter Martialis carmina libri XI. legitur: sed cum id paulo sit obscœnius, à nobis est prætermissum. Mentionem fecerūt eorum, quæ dicta sunt, Appianus in principio libri secundi Bellorum ciuilium, Velleius posteriore volumine, Cicero in secunda Antoniana, Suet. in Augusto & Claudio, Florusq; , & Plut. in vita Antonij.



SCRIBONIA AVGVSTI VXOR III.



## SCRIBONIA AVGVSTI VXOR III.



**L**IBONES, cognomēto Scribonij præclara fuit apud Romanos familia; quãdoquidem patricij fuerunt, & L. Libo Scribonius Scriboniæ frater vir fuit Consularis, affinitateq; coniunctus Sexto Pompeio, & Octauiano Cæsari; quoniam Pompeio filiam nupsit, Cæsariq; sororem suam Scriboniã in matrimoniũ dedit, sicut memoriæ prodidit libro Bellorum ciuiliũ quinto Appianus, Tacitus libro secundo, Dion in Tiberio, & Suet. in vita Augusti. Reperiuntur argentea quædam numismata penes multos hoc Consule conflata, in quorum altera parte Boni Euentus effigies conspicitur, in altera verò prætoria sedes, quæ Puteal nuncupatur, & erat in regione VIII. Urbis inter arcum Fabianum, & celebris mercatorum locus, vti apud P. Victorem, de qua in Horatij sermonibus ita legitur.

— Forum Putealq; Libonis

Mandabo ficis.


Ita verò de Puteali à nonnullis scribitur; Et Puteal, quæ erat sedes prætoris, dictum est Libonis, à Libone Scribonio, qui propè arcum Fabianum tribunal & subsellia collocavit. Hoc in altera parte habet inscriptum; LIBO; in altera verò; PUTEAL SCRIBON. cuius hoc exemplar est.



Statim verò atque Claudiam repudiavit, Scriboniam Octavianus Cæsar uxorem duxit, quamuis nupta ante duobus Consularibus viris ex altero peperisset filium. Verum posteaquàm Iuliam peperit, repudiata fuit ob morũ peruersitatem plane intolerabilem. autor est Tranquillus in libro de Grammaticis, quod cum esset seruus Scribonius grammaticus per eam libertate donatus est. quanquam non est exploratum, ea ne id fecerit, an eius mater. Habuit & fratrem pariter Libonem Drusum nominatum, qui sibi ipsi manus intulit. Cuius meminit Tacitus libro secundo.

Iulia

IVLIA AVGVSTI FIL.



IVLIAE  
AVGVSTI  
FILIAE

TI. IMP.  
VXORI  
IMPVDICISS.

XIII

## IULIA AVGVSTI FILIA.



V L I A Augusti, Scriboniæq; filia, ita à patre educata est, vt nullo modo credi posset, quin præstantissima, maximaq; virtute prædita esset futura: quandoquidem vel & lanam deducere in prima eius ætate edocta est, ac omnes eas artes, quæ ad instituendam domesticam administrationem pertinent, percepit: omniq; morum probitate fuit ornata. Verum cum adoleuisset, lasciuumq; eius animum animaduertisset Augustus, illius instituta obseruare cœpit. Quamobrem nihil ei cum aliquo vel agere, vel dicere permittebatur, nisi propalam, & vt in diurnos commentarios referretur, iussit, quicquid ea vel fecisset, vel dixisset. Præter omnia verò extraneorum cætus illi prohibuit, ita vt cum Tucinius quidam nomine clarus, decorusq; iuuenis ad eam visendam aduentasset, eum perperam egisse scripserit Augustus, quod Baias salutatum uenisset eius filiam. Hæc cum primū nupsisset (nupsit enim ter) maritum habuit Marcellum, Octauiae sororis Augusti filium, tantumq; pueritiam egressum. Postea quàm autem is ex humanis decessit, statim nupsit Marco Agrippæ, qui habuit uxorem Marcellam Octauiae superioris filiam; atq; mortuo etiam Agrippa cum multorum conditionem, ingeniumq; diutius perpendisset Augustus, & vel ad Equestrem ordinem descendisset, Tiberio, eius priuigno eam in matrimonium collocauit, quem ad repudiandam compulerat Agrippinam Agrippæ superius commemorati filiam, primam ipsius uxorem prægnantem, quæq; ex eo Drusum conceperat. Illud sane prætermittendum duxi, quod scripsit Marcus Antonius, eam Antonio eius filio primum nupsisse, postea Cotisoni Getarum regi, tanquam minus à scriptoribus confirmatum, cum dicant complures Antonium adulterum, non autem maritum illius extitisse. Tres filios suscepit ex M. Agrippa, Caium, Lucium, & Agrippam, duasq; filias, Iuliam scilicet, & Agrippinam.

## CAIUS ET LVCIVS CAESARES.

Caius, & Lucius ab Augusto ex antiquorum instituto adolescentes per assem & libram empti adoptati fuerunt, qui ab eo à teneris vsque ad Reipublicæ administrationem admoti sunt, designatiq; Consules, & Cæsares nuncupati, ac circum prouincias exercitusq; dimissi, & literas edocti, vt eius chirographum imitarentur, natæq;, & res agere his persimiles, edocuit. Hos cum vnà cum illo comederent mensæ assistere; atq; cum iter faceret, ante ipsum, vel circa vehiculum adequitare, voluit. Verum cum præter cæteros homines Augustus filiorum probitate contentus esset, & optima quæq; de ijs sibi posse polliceri videretur, effectum est per Liuiæ scelus post adoptionem vt intra

E decem

## IULIA AVGVSTI FILIA.

decem & octo mensium spatium ambo mortui sint. Caius in Lycia, Lucius Massilia, sicut historici testantur.



Ad nostra vsq; tempora duo monetarum genera apud multos extant, qui harum sunt studiosi: quarum aliæ sunt argenteæ in Caij honorem impressæ cum eius imagine super equo cõfidente eo tẽpore, quo missus est in Orientis regiones ad Armeniæ, Parthorumq; res componendas: quæ imago cum signis est militaribus, habetq; hanc superius inscriptionẽ; C. CAES. atq; sub pedibus Equi; AVGVST. F. id est Caius Cæsar Augusti filius. Aliæ ita auræ vt argenteæ impressæ sunt in vtriusq; honorem, in quibus duæ visuntur statuæ, altera Caij, Lucij altera cum scutis, hastisq; inauratis, quæ ab Equestri ordine illis ineunte eorum adolescẽtia, cum Cæsaris nomen assumpserunt, elargitæ sunt, quibus defunctis in Curia (hic erat locus vbi habebatur Senatus) positę fuerũt, vti attestatur Dion libro quinquagesimo quinto. Inter vtranq; hastam auguralia sunt insignia, acerra scilicet, ac lituus, quæ in Lucium referũtur. quoniam is fuit Augur, sicuti aperte inscriptio peruetus in Montesia Hispaniæ ciuitate reperta, patefecit: ita se habens; M V N I C I P I V M A L B E N S E V A R C A O N E N S E D D. L. C A E S A R I A V G V R I C O S. D E S I G N A T O C. D E D I C A V I T. ac sub dictis statuis hæc est inscriptio; C. L. C A E S A R E S. t u m c i r c u m; A V G V S T I F. C O S. D E S I G. P R I N C. I V V E N T. quæ ita legitur; Caius, Lucius Cæsares, Augusti filij Consules designati Principes Iuuentutis. Sed de hoc alijsq; compluribus numismatibus copiosiore mentionem, explicationemq; fecimus in iis libris, in quibus egimus de Numismatibus antiquorum.

## P O S T H V M V S A G R I P P A C A E S A R.

Post Caij Lucijq; obitũ Agrippa Posthumus (sic enim dicebatur eo quod post mortem parentis natus fuerat) eorum frater vnà cum Tiberio ab Augusto adoptatus fuit per legem Curiatam. Verum breui ob sordidum eius ingenium fuit exhæredatus, abdicatusq; Iulia familia, & ei Surrenti confinia constituta. Vbi cum per quoddam tempus fuisset, peiorq; in dies euaderet,



ex Surrento in Planasiam insulam relegatus est, vbi magna militū custodia includitur, atque custoditur. Mox inualuit opinio, quòd cum eo reconciliatus Augustus fuisset, nisi mors ipsum Augustum de medio prius sustulisset ob Liuiæ eius vxoris scelus; quæ ne eū reuocaret, denuoq; adoptaret vereretur; quare effectum esset, vt Tiberius de omni prorsus spe in Imperium succedendi deiiceretur. Statim autem atq; decessit Augustus, Agrippam à Centurione à quo custodiebatur, ipsa Liuia ita imperate, vt fama est, fuisse occisum. Iulia cum libidini esset dedita, & adulteriis, semper iuuentutis & luxurioso quidem grege circumfidebatur, vt scripsit Macrobius libro Saturnaliorum secundo, illis sui corporis copiam faciens, atque non domi solum se iis cōcedebat, verum etiam per noctem in viis, in plateis, super tabernis, omnibusq; in publicis ciuitatis locis, ita vt passim lupanaria faceret, rei q; venereæ diuerticula. Cognitum fuit ex huiusmodi flagitiis multo plus naturam quàm paternam institutionem potuisse; atque literis mandauit Plinius libro vigesimo primo eam omnis licentiæ habendi floream coronam circa caput Marsiæ consecratam exemplum fuisse. Hisce rebus compulsus est infelix Augustus vt legem de adulteriis ferret, atque turpem viuendi rationem filia suæ in Senatu cū magno suo dedecore absens libello per Quæstorem recitato patefaceret, abstinuitq; congressu hominum diu præ pudore, de quæ ea necanda deliberauerat, mox relegatæ vsum vini, omnemq; deliciae cultum ademit, ac Tiberij nomine repudiauit, qui Rhodum per id tempus se se contulerat, quòd ab ea contemneretur, vtpote inferioris fortunæ homo, minimeq; dignus illius matrimonio. Hic tamen ad Augustum scripserat, eumq; obsecrauerat, vt omnia filia suæ concederet, quæ largitus fuerat, tanquam honestæ optimæq; fœminæ: Quanquam nullum is intelligere poterat vel hoc suauiore vel optatiore nuntium. Iussit præterea vt post suum ipsius obitum si qua dictarum Iuliarum moreretur, ne vlla in eius deponeretur sepulchrum. Hanc verò in Pandateriam insulam relegatam vnà Scribonia eius mater comitatur volūtarium cum illa exilium perpessa. Vetuit præterea Augustus, ne quis aut liber, aut seruus eam adiret nisi se consulto, quod perpauca tamen concedebatur; atque id ita vt certior fieret qua is ætate, qua statura, quo colore esset, quibus etiam corporis notis, vel cicatricibus. Verum cum accidit vt serua quædam Fæda nomine, quæ huic erat fida, adulteriorumq; conscia suspendio vitam finierit, quod eam puderet, pigeretq; ita obscenæ dominæ inferuire, se maluisse, ait, Fædæ patrem fuisse, quàm Iuliæ. Post quinquennium illam ex insula in cōtinentem denique lenioribus paulo conditionibus transtulit; concessitq; vt Rhegi-

## IULIA AVGVSTI FIL.


norum incolet opidum, quod è regione Siciliae oppositum est. neque tamen precibus, vt eam omnino reuocaret exorari vlllo modo potuit, ac deprecanti sæpè Populo Ro. & pertinacius instanti tales filias, talesque coniuges pro cõcione imprecatus est; edixit etiam ex Senatus cõsulto vt eodem loco in perpetuum contineretur, ad omnemque Agrippæ & Iuliarum mentionem ingemiscens proclamare solebat.

*Αἰθ' ὄφελον ἀγάμῳσε μένειν, ἀγνόστ' ἀπολέσθαι, hoc est.*

Viuere debueram natorum & coniugis expers.

neque aliter eas appellare consueuerat quàm tres vomicas, triaque sua carcinomata. Cum rursus rogatus fuisset aliquando Augustus à Populo vt eam reuocaret, facilius esse dixit aquam cum igne commisceri. Cucurrit igitur multitudo ignemque proiecit in Tiberim, neque tamen eam redire illa passus est. Cum esset ei, vt asserit Macrobius libro Saturnal. secundo, ab amico quodam graui suatum, quòd melius esset factura si se composuisset ad exempla paternæ frugalitatis, ille obliuiscitur, inquit, se esse Cæsarem, ego memini me Cæsaris filiam. Cum Iulia igitur hanc viuendi rationem seruasset, & cum Tiberio mutuo amore vixisset primum, & coniunctè; post filij mortem, quem Aquileiæ ex eo pepererat, exorta est inter eos simulas; neque minus corporibus, quam animis sunt diuisi, quippe cum nunquam simul concuberent. Verum per id tempus, quo Germanici exercitus seditio à Germanico Cæsare sedata est, cum Tiberius Imperium esset adeptus, interfecto Posthumo Agrippa eius fratre, in quo omnem suam spem collocauerat, famosa, inops, & exul diem suum obiit, cum exilium quatuordecim annis tolerasset.

[Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]





VLIA huiusce, Marciq̄ue Agrippæ. III. Cos. filia sub eadem custodia, vitæq̄; seueritate, qua & eius mater ab Augusto habita fuit, & lanã deducere docta, aliaq̄; omnia, de quibus dictum est superius. Nupsit Lucio Paulo Pauli Aemilij Censoris filio, ex quo peperit Aemiliã Lepidam postea nuptam Claudio, neque sanè à maternis moribus fuit aliena, quam obrem eandem passa est fortunam, ibiq̄ue per viginti annos fuit Liuiæ Augustæ facultatibus adiuta, ac in eo loco Iulio Syllano & Nerua Silio Coss. interijt. cum filium peperisset, minime ab Augusto legitimũ iudicatum, editum infantem agnosci, aliq̄; vetuit Augustus. Quinetiam cum ruri magnis sumptibus ac magnificentia palatium ornatissimum extruxisset, id Augusto ita imperante funditus solo æquatur. Plin. libro septimo eã inter suas delicias Conopem quendam nomine habuisse asserit duorum pedum longitudine, instar eorum, quos Latini pumilos vel pumiliones, Greci verò quod & Itali retinuerunt, *πέπυς* appellare consueuerunt. Huiusmodi hominis imaginem æream perexiguam habet honestissimus Ioannes Grimmanus non ob singulares solum, atque infinitas prope suas virtutes, verum etiam ob summam probitatem, & regiam prope magnificentiam, dignissimus Aquileiæ Patriarcha, qui vel sublimiori fortunæ eminentiæ maximè esset idoneus, summusq̄ue antiquarum rerum & admirator, & inuestigator. Ita verò singulari artificio, tantoq̄ue ingenio pumilij membra, omnesq̄ue corporis partes & omnes muscoli exprimũtur, vt non arte facta videantur, sed ipsa natura & formam, & respirandi vim contulisse appareat: ita ad verũ proximè accedit ars in exigua hac materia. Illud sanè facile contingere posset, vt ad imitationem huiusce Conopis, ac similitudinem facta fuerit, vel superius dictæ Iuliæ pumipili. Iuliarum adulteros quicumque volumen posterius Paterculi legerit, notatos inueniet, quoniam singulos recensere molestum esset. Reliqua verò, quæ de Iuliis scribuntur, habentur ex pluribus Suetonij locis ex Augusti, Tiberijq̄ue vita, ex libro Senecæ de Beneficiis sexto, ex Dione, & Tacito ex Augusta historia.

LIVIA AVGVSTA VXOR IIII.  
ET VLTIMA AVGVSTI.





**L**I V I A Drusilla, sc̄emina omnium illius tempestatis, præstantissima, nobilissimaq; tum ob suam ipsius virtutem, tum etiam ob duarum illustrium familiarum, Liuiæ scilicet, & Iuliæ, adoptionem, fuit Liuij Drusi Calidiani filia; qui post C. Iulij Cæsaris interitum, cum interfectorum partes sequeretur, post victos à Cæsare Diui filio Brutū, & Cassium seipsum interfecit ne in hostium manus deueniret, vt autor est Velleius. Cum ea Tiberio Claudio Neroni ob bellum Perusinum exulanti nupsisset, post eius belli exitum soli fugientes, nec ab vlllo seruo comitati cū Tiberio nuper nato idq; clam, ne in Cæsarianorum militum manus incidere, ad litus profecti, in Siciliam ad Pompeium traiecerunt. Postea pace inter Pompeium, ac Triumuiros composita Romam suo cum Nerone reuersa ita Octauiano Cæsari placuit ob pulchritudinem morumq; præstantiam, vt cum nullam rationem is haberet, quòd ea & iam sextum mensem ferret in vtero, & iam mater esset, à Nerone postulauerit vt eam in vxorē sibi concederet, cum illis diebus Scriboniam repudiasset. Quamobrem cū de Iulio Cæsare mentionem fecisset Franciscus Petrarca in triumphis, his carminibus postea elegantissime dixit de Augusto.

L'altro'e'l suo figlio: e pur amò costui  
Piu giustamente, egli è Cesare Augusto  
Che Liuia sua pregando tolse altrui.

Hæc enim dictio, pregando, pro eo pregnans existēs, capitur; cum apud nullos antiquos scriptores iuueniatur ille precibus Liuiam à marito accepisse, sed potius, vt Suetonius scribit, abduxisse matrimonio Tiberij Neronis, cum inquit: statim Liuiam Drusillam matrimonio Tiberij Neronis & quidem prægnantem abduxit, dilexitque, & c. Accidit iis ipsis diebus, vt cū infans puer quidam Liuiam vidisset cum Augusto iocantem, ac Neronem eius maritum seorsum sedentem, ad Liuiam conuersus dixerit; quid hic moraris? an non tuum maritum vides solum sedentem? quin eò te confers? Apparuit iis ipsis temporibus præterea, vt affirmat Plin. libro decimo quinto, & Suet. in Galba memoria dignum augurium, aquila enim cum gallinam quandam albā corripuisset, quæ rostro lauri ramū baccis onustum tenebat, ita vt rapuerat, eā demisit illæsam in Liuiæ gremiū, à qua & ipsa gallina, & ex pulli ea nati educati fuerūt, ramū in villa Cæsaris iuxta Tiberim plātauit qui locus est ad nonū lapidem in via Flaminia, Gallinæq; à nobis hodie etiā vocatur, atq; optimè fuit custoditus. Ex ea laurū postea coronari consueuerunt Imperatores in triūphis, atq; inde vulgatū illud natū est prouerbiū.

F Quia

## LIVIA AVGVSTA

Quia tu Gallinæ filius albæ.

Cum ita ex Claudia familia in Iuliorū adoptata fuisset Liuia, intra trium mensium spatium Tiberium peperit, quamobrem dictum est ab iis qui Augustum carperent, quòd fortunatioribus ac potentioribus hominibus filij intra trium mensium spatium nascerentur: atque hoc quia hic ceteris hominibus fortunatior fuit iudicatus. Cum esset in Augusta domo ita Cæsaris voluntatem sequi, ita illi obtemperare cognouit, ut facilè, quæcunque optaret, consequeretur. Interrogantibus igitur matronis quibusdam Romanis qua arte ita sibi beneuolum Augustum reddidisset, modestia respondit; cum omnia ex eius voluntate efficiam. Quin etiam cum nihil de eo perquireret, se ne scire res eius simulabat, aliarum uero mulierum amores, sicuti Terentiæ Mæcenatis vnus maximè familiarium amicorum atq; consiliariorum, vxoris, quæ ipsum amabat, & pulchritudine tamen contendebat, sicuti scriptum reliquit Dion. Quamcunque præterea siue in Orientis, siue Occidentis regionem accederet eum sequebatur, ut aiunt. His igitur de causis ita beneuolentia polluit Liuia autoritateque apud Augustum, ut non solum Tiberium in illius tunc ira commoti quia præter eius voluntatem Roma secesserat, Rhodumque se contulerat gratiam reuocauerit, uerum etiam suis persuasionibus, ac blanditijs, quarum erat peritissima induxerit (in id enim animum intenderat ut Tiberius post Augusti obitum, mortuo iam Caio & Liuiio Cæs. quamuis superstes esset Agrippa eorum frater, rerum potiretur) ut illi hæreditatem relinqueret imperij, quem etiam in filium adoptauit. Ita uero magnificabat huiusce iudicium, ac prudentiam Augustus, ut libentissimè ferret se admoneri, consiliumque eius vel de rebus maximis amplecteretur. Effectum est etiam sæpius ea ita persuadente, ut vel à supplicijs ob iniurias in se ciuium, abstineret, multisque pepercerit. Cum hic porticum ornatissimū magnis sumptibus extruxisset, eam Liuiæ nomine nuncupauit, uti scribit Dion libro quinquagesimo quarto, & quinquagesimo quinto, Suetoniusque in vita Augusti. Cum nuntium eius uictoriæ aduentasset, quam Tiberius de Dalmatis, ac Pannoniis consecutus fuerat; atque idcirco ea tum in Capitolio, tum in aliis locis conuiuia mulieribus exhiberet; accessit ut nuntius, qui Claudij Drusi secundi eius filij qui victor, ac triumphans Romam erat reuersurus mortem significauit, quamobrem Senatus P. Q. R. ut eam solaretur multas statuas illi dicarunt; atque inter mulieres quæ tres filios peperissent ascripta fuit, quamuis duos tantum Tiberium, & Claudium Drusum peperisset, atque immaturum partum, quæ Latini abortiuum dicunt. Concesserunt illi præterea ut quoties ingrederetur theatrum, eius sedes collocaretur inter

Virgines



Virgines Vestales, vt scripsit libro quarto Tacitus. Magnum profecto amoris indicium illi Augustus sub vitæ suæ finem declarauit; nam cum esset iam iam moriturus eam deosculatus est hæc inquires: Liuia nostri coniugij memor viue, ac vale; cum tamen eam prius ex triente hæredem vnà cum Tiberio per testamentum reliquisset, iussissetq; vt Iuliorum familiæ diceretur, Augustæq; nomen assumeret. Effectum est hinc vt pro Liuia Iulia sit appellata, atque idcirco accidit, vt Historici modo eam Liuiam ex sua Liuiorum familia, modò Iuliam ex Iuliorum, vocauerint; atque hanc nominum varietatem ego diligenter obseruauit, in quorum fidem, si quid hic præter breuitatem requireretur, multorum sententias possem adducere. Et quoniam iis temporibus, ob hominum iniquitatem vrbs maximè incendiis erat obnoxia; illa, vt testatur Dion libro quinquagesimo sexto, incensis domibus opem ferre consueuerat. Quamobrem Romani non parum eam tanquam matrem patriam dilexerunt; quam, cum ex palatio exiret magna & grauium, & doctorum virorum multitudo comitabantur, vt asserit Macrobius libro secundo Saturnaliorum. Scripsit Dion libro quinquagesimo septimo inter reliqua humanitatis argumenta digna memoria hoc etiam apophthegma: quòd cū nudis quibusdam hominibus fuisset obuia, atq; idcirco illi essent necandi, ab ea seruati fuerunt, cum diceret, hos apud honestas & continentes mulieres statuis minime differre. Atque quamuis insignes hæ virtutes in ea elucescerent, quòd Marcello mortis causa extitisset male audiebat, vt ait Dion libro quinquagesimo tertio. Fama est præterea quòd Germanico eius nepoti venenum dandum curauerit, quam prouinciam Cn. Pisoni Syriæ Præfecto demandauit, Plancinæq; eius vxori, vt significare videtur Piso in epistola quadam ad Tiberium. Quod etiam cōiectare licet ex ea gratia, qua plurimū Plancina apud ipsam polluit, cum condemnatus fuisset Piso; quoniam absoluta fuit sceleris pœna cum summa optimorum virorū admiratione, vt pluribus verbis testatur Corn. Tacitus libro tertio. Quin & fama erat quòd Caium, Luciumq; Cæsar. veneno necasset, atque credita est Augusto etiam mortis causa extitisse. Fertur enim Augustus clam in Planasiam insulam nauigasse, vbi condemnatus erat Posthumus Agrippa, cum esset rumor quòd in Augusti amicitiam rediisset, spemq; ex eo fore vt iuuenis penatibus auireretur, quoniam complures effusæ lachrymæ inter visendum charitatisque signa apparuerunt. Hoc autem deprensus fuit, quoniam Maximus, qui Augustum comitatus fuerat Martiæ suæ vxori detexit, eaq; Liuiæ, quæ cum vereretur ne Agrippam reduceret, eiq; relinqueret Imperium, tempus opportunum præripuit, atque ficus vel in ipsa arbore, vnde Augustus mane

## LIVIA AVGVSTA

aliquando decerpere comedereq; solebat, veneno infecit. Accessit & ea tunc, minimeq; infectas vnà comedit, venenatasq; porrexit Cæsari. Hac ipsa de causa defuncto Augusto, Agrippã creditur curasse necandum à Centurione quodam, ne is aliquem tumultum, dum nouus crearetur Imperator, excitaret, vti scripsit Dion quinquagesimo sexto libro, ac in primo Tacitus. Cum decessisset Augustus eumq; inter Deos retulisset, Romæ Heroicum illi templum erexit cum statuis sedentibus, tenentibusq; dextera frondes querneas tanquã humani generis foret seruator: Quæ in monetis ex ære Corinthiaco misto impressæ fuerunt, atq; nunc etiam visuntur. In huius honorem ceremonias præterea, pompas, solemniaque spectacula constituit, vt Equorũ cursum, ludosq; Augustales, deditque ducenta ac quinquaginta dragmarũ millia Humerio Senatori Atheniensi, qui se Augusti animam in cœlum volantem conspexisse iurauit: vti scribitur à Dione libro superius citato. Hoc templum illi in Palatio erectum fuisse tradit Plin. libro duodecimo. Neq; in deos ipsos quidem vulgaris fuit illius pietas, quando quidem in Capitolio Iouis Opt. Max. templo ea pulcherrimum crystalli montanæ frustum deponit, magnitudinis nunquam antea conspectæ; nam ad centum & quinquaginta librarum pondus accedebat. In æde etiam concordia aureum cornu consecrauit. Plinius libro trigesimo septimo, & libro vltimo. Cum adeptus fuisset Imperium Tiberius incœpit ea vnà magna cum arrogantia res administrare: eratq; ita & fastu plena, & superbia vt illi vel id obiicere non dubitauerit, se illum fecisse Imperatorẽ dum viueret adhuc Augustus. Accipiebat in domum Senatum, admittebatq; populares qui eam salutatum veniebant: eodemq; modo salutabatur, quo Imperatores consueuerunt: atq; in literis, quæ scriberentur per quoddam tempus eius nomen cum nomine Tiberij continebatur. Scripsit Tacitus libro tertio eam vsque adeo arrogantem contumacemq; fuisse, vt cum apud theatrum Marcelli effigiem Diuo Augusto dicaret post suum ipsius nomen Tiberij nomen ascripserit: quare efficiebatur vt superiorem Tiberio Imperatore demonstrare voluerit: neque tamen ausa est in Senatum etiam accedere. Adulabantur itaque tum Romani, tum externæ etiam nationes tanquam Augustæ Imperatrici: atque alij parentem, alij matrem patriæ appellandam censebant, vt asserit Tacitus libro primo. Cum Asiæ ciuitates Senatus nomini templũ erexissent ac Tiberij, vt ipsius etiam nomen ascriberetur assensa est. Hoc templum in quodam Tiberij numismate sculptum est, super quo duæ sunt victoriæ, verũ Senatus, Liuiæuè nomen minime legitur: cũ ipsum Romæ ac Tiberij ita conspiciatur; R O M. ET. AVG. in ea verò parte, in qua effigies est Tiberij, huiusmodi est inscriptio;

## LIVIA AVGVSTA


ptio; CAESAR PONT. MAX. Assentitur huic numismati & aliud vnciale ex ære pariter Corinthiaco misto, quod habet Tiberij imaginem Heroica forma lauro coronatam cum patera in dextra, læua verò habet hastam, atq; circum inscriptionē huiusmodi; CIVITATIBVS ASIAE RESTITVTIS. quæ statua ab Asiaticis in eo templo fuit erecta. Explicabitur autem à nobis copiosius peropportuno loco in declarationibus numismatū in primo de Cæsaribus libro, quæ causa huius honoris extiterit, quæue fuerint hæ ciuitates, aut in qua earum templum id fuerit, quoque anno hæc gesta sint. Quin & ipsa Hispania vltior Augustæ Iuliæ adulata: quippe quæ per legationes Romã missas impetrauerit vt sibi extruere templum liceret Tiberii, Liuięq; ipsius nomini, vt scripsit Tacitus libro quarto. Dux præterea Iudææ ciuitates Antocratis, & Bethsaida, hæc à Philippo, illa ab Herode, Iuliæ vocatæ fuerunt, in honorem Liuię: Sicuti testatur Iosephus libro xviii. Antiquitatū.

## SALVS AVGVSTA.

Similiter Romani inter multa simulachra quæ in Dearum formas illi stauerunt, vnum in salutis Dæ filium erexerunt; cuius facies ex ipsius Liuiæ facie erat deprompta. Huiusce dicationis ea causa fuit, vt inquit Dion; quòd vbi coniuratio quædam multorum Romanorū ciuium in Augustum detecta fuisset, cuius princeps Cn. Cornelius Pompeij Magni nepos ex filia, ipsa Liuia suadente, atque adhortante omnibus Augustus pepercit: atque Cornelius ipse pro supplicio, & animaduersione Consulatus dignitatem a Cæsare obtinuit, cum diceret Liuia Principes subditorum salutis gratia non aut suæ tantum institutos fuisse. Atque quicumque alia opinione aut animo rebus publicis præsit, hunc vel cæde dignum esse, vel tanquam Tirannum è regno esse deiciendum. Ita enim pollicitationes iusque iurandum seruare debet Princeps quæ populo receperit, vt ipse populus principis salutem debet defendere. Sic sanè fert lex honesti, ac æqui, vt ita sese gerant in graues principes subditi, sicuti periuros subditos a Principe tractari par est. Hæc ipsa imago ad minorum memoriam impressa fuit in æreo Corinthiaco misto numismate vnciali, quod in parte posteriore hanc habet inscriptionem; TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVG. P. M. TR. POT. XXIIII. ex qua patet id numisma anno vigesimo quarto factum fuisse ex quo Tiberius Tribunitiam dignitatē adeptus est. Et si hoc numisma penes multos reperitur, tamen ex quodam ornatissimo Reuerendissimi Patriarchæ Grimani exemplar decerpsi, ad cuius imitationem inter reliqua multa numismata cum hac imagine quas habet, duo sunt & elegantissima, & antiquissima.

Liua

LIVIA AVGVSTA



## LIVIA AVGVSTA

## IVSTITIAE IMAGO PRIMVM NVMISMA.



MPRESSAE etiã fuerunt aliæ monetæ vnciales cū Iustitię Deæ imagine, eo modo quo antiqui pingere solebãt. s. forma ac filo virginali, cū ea æquè omnibus patuisse foret declarandum iis adiuuandis, qui eius indigerent auxilio: quippe quæ multorum filios educauerit, multasq; virgines dederit in matrimonium. Vocata fuit idcirco etiã mater patriæ, atque ex Senatus consulto triumphalis arcus illi decretus, qui honor nulli antea mulieri fuerat concessus: quanquam cum eius gloriæ inuideret Tiberius, vt autor est Dion, impedimento fuit ne ædificaretur, cum diceret se suis sumptibus eum esse extructurum: atq; cum apertè rem nollet oppugnare quominus perficeretur, hoc reperit procrastinationis genus cum neque ipse concederet, neque alios eum fineret extruere.

## CARPENTVM II. NVMISMA.

Ex Senatus consulto præterea, Populiq; Ro. decreto concessum fuit eidem Liuiæ vt dignitatis ergò vteretur Carpento, quod vehiculi genus erat ita Romæ nuncupatum. Cum de hac pertractaturus sim in hoc loco, mihi primum explicandum videtur, quo pacto Liuia Iuliæ nomen accepit, quia per Augusti testamentum scilicet in Iuliorum familiam pertransisset, cum hac ipsa de causa Augustæ etiam accepisset cognomentū, vt meminit Suet. in Augusto, sic scribens, Tiberium ex parte dimidia & sextante, & Liuiam ex parte tertia, quos & ferre nomen suum iussit. Et Tacitus libro historiæ Augustæ primo planius explicat; Augusti testamētum illatum per Virgines Vestæ Tiberium, & Liuiam hæredes habuit: Liuia in familiam Iuliam, nomenq; Augustæ adsumebatur. Scribit tamen idem Suet. in Claudio, eam id nomen recusasse, cū ita inquit: Et cognomen Augustæ ab auia recusatū. Potest illud quidem contingere, quod scribitur à Suet. quòd ea scilicet Augustæ nomen recusauerit, sed viuo adhuc Augusto: nam hoc nomine appellata est, sicuti testantur historiæ, numismata, aliaq; antiqua monumenta. Post mortem igitur Augusti Iulia Augusta nominata fuit, cui, vt dictū est, Senatus Populiq; Ro. decreto, vt hoc vehiculi genere vteretur, concessum est: qua dignitate suas mulieres Romani decorare cōsueuerunt. Hoc primū Carpentum vocatum fuit ex Carmenta Euandri matre, vt libro primo Fa-

Nam

## LIVIA AVGVSTA:

Nam prius Aufonias matres Carpenta vehebant,  
Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.

Liuius Carpentum Romanis mulieribus tum primum concessum fuisse tradit, cum auro, quod Apollini mitteretur ad persoluendum Camilli votum, deficiente, omnes sua monilia in publicum contulerunt. Postea verò cum eo à Senatu uti prohiberentur, ut in Problematibus scribit Plut. constituerunt omnes fœtus in virorum perniciem ad maturitatem minime perducere: atque in ea sententia perstitērunt donec eis rursus ex Senatusconsulto eo vehiculo uti permittitur. Cum denuo Carpento postea fuissent priuatæ nulli amplius, nisi maximi honoris gratia, supremæque dignitatis mulieribus concessum est eodem pacto, quo & Pilentæ nisi castis matronis permittebantur. Hoc igitur vehiculi honore Liuia decoratur, ut Dion testatur libro quinquagesimo octauo, cum ita scribat; Eandemque dignitatē Messalinæ concesserunt, quam obtinuerat Liuia, ut uteretur scilicet Carpento. Pingebantur autem Carpenta colore cæruleo, sicuti veneto & postea rosato Pilentæ. Carpenta enim à duobus mulis trahebantur, sicuti ex hoc numismate intueri licet, ex Agrippinæ, Domitillæ Vespasiani filiæ, Iuliæ filiæ Titi, Faustinae Marci Aurelij vxoris, atque ex alijs compluribus. Dicitur est Carpentum, quasi carrum Pompaticū, nam in Pompis ea utebātur, ut placet Isidoro. Pausanias tamen ab equis Carpentum trahi consueuisse, ut illud vehiculi genus, quod rheda nominabatur, à mulis, tradidit Eliacorum libro primo: quamobrem consentaneum rationi videretur, ut hæc numismatum vehicula dicerentur rhedæ, non autem Carpenta. Ita verò se habent eius verba: Ad Carpentum iungebantur equæ dossuariæ, è quibus extremo curriculo defilientes sessoris prehensis manu frenis ad metam cursitabant. qui mos ætate mea seruatur ab ijs, qui Anabatæ appellantur. Inter rhedarū & Carpentorum aurigas tantum interest, quòd his alia sunt insignia, & masculos equos agitabant. Rhedam trahebant muli iugales bini, inuento neque prisco, neque eleganti. Non reperitur tamen hoc currus genus nuncupatum Rheda honoris gratia ulli fœminæ concessum, neque ego sanè currum ita comparatum vnquam uidere potui, qui à binis equis traheretur: sed qui à mulis, complures, sicuti in superius commemoratis numismatibus. Verum cum persimiles essent propè Carpentum, ac rheda, idcirco accidisse crediderim ut illud vehiculum, cui muli adiungerētur diceretur Carpentum: quandoquidem prisca consuetudinem intelligit Pausanias, sicuti ipse paulò superius enucleauit, his verbis; Cumque in curriculum recepisset Olympiade septuagesima rhedam, Carpentum verò ea, quæ consecuta

cuta est quarta, et octuagesima: utrunque uehiculum in posterum omne tēpus exclusum est. Videntur enim potius ætate postera muli carpentis, at rhedis equi additi fuisse, quando apud Suet. Cæsar reperitur hoc uehiculorum genere centum millia passuum, cum iter haberet, singulis diebus confecisse, quod spatium à mulis, meo quidem iudicio, confici minimè poterat: cum non ita aptum cursibus hoc animal, sicuti equus, esse videatur. Ita verò se habent Suetonij verba; Longissimas vias incredibili celeritate confecit, expeditus meritoria rheda centena passuum millia in singulos dies. Atque quoniam rationi conuenit, ut cum Cæsar ita breui tantum itineris spatium absoluisset, equis, qui rhedam traherent, vteretur, non autem mulis, hoc uehiculum his rationibus commoti carpentum appellare possumus. qua in re tamen cuius uis doctioris sequar iudicium. Pars posterior huius numismatis, quod unciale est, habet in spatio; S. C. atque hanc circum inscriptionem. T I. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXIII. Idque mihi ab illustrissimo, excellentissimoque Francisco Medices Florentinæ iuuentutis Principe concessum est, quanquam honestissimus Patriarcha Grimanus duo habet pulcherrima præter alia.

Cum ægrotaret Liuia vota fecit Equester ordo pro eius salute: atque cū Senatus conuenisset ut quo in templo donum deponeretur, decernerent; & quanquam complura erant huiusce Deæ in vrbe templa, nullum tamen fuit huic nomini consecratum. Cum verò in Antij ciuitate huiusce nominis repertum fuisset, ibi donarium deposuerunt, uti scripsit Tacitus libro tertio. Enimuerò cum ad octogesimum & secundum ætatis suæ annū peruenisset vini Pucini beneficio, ut ait Plinius libro decimoquarto, Rubellio Gemino, Fusioque Gemino consulibus, uti Tacitus testatur in principio libri quinti, mortua est: cum neque ad videndam quidem eam iuisset Tiberius dum ægrotaret, neque post mortuæ sanè illius affuisset exequijs, neque pati voluisset ut publicè immortalitati donaretur, sicut scripsit Dio & Suet. neque quicquam denique in illius honorem fieri passus est minus vsitatum. Sed tantum publicas exequias, & statuas illi concessit, resque alias nullius propè ponderis existimatas; in quibus exequijs, pro Kostris ex Romana consuetudine à Caio Caligula fuit laudata. Senatus tamen præter id, quod edixit ut per annum matronæ funestas uestes gestarent, decreuit etiam ut sequentes statuas, atque numismata cum Dearum effigijs in illius honorem conficerentur. Deposita fuit in Diui Augusti Mausoleo cum Tiberium, Caium, & Ser. Galbam suos hæredes instituisset.

G

Pauo

## LIVIA AVGVSTA.

## PAVO NVMISMA. III.

PAVCIS hinc interpositis diebus incidi in quoddam numisma cum Liuię nomine, in quo illius erat imago, quę stolam gestabat; quod signum erat inter deas relatarum (vt dudum in pluribus numismatibus obseruauimus) cum his literis. DIVA LIVIA AVGVST. In parte aduersa Pauonis forma circulum extendentis conspiciebatur, cum his literis circum: CONSECRATIO. huius numismatis pars anterior III. est imago in tabula imaginum ipsius Liuię, ac III. exemplar posteriorum partium tabulę. Hoc est æreum vnciale, atque, quod ad sculpturam spectat, formamque, & metalli colorem, id minime priscis illis temporibus impressum fuisse existimandum est, sed ab aliquo nouissimo Imperatore, circiter Seueri, Alexandri, Gordiani que, vel Philippi sæculo: Hoc mihi concessit Georgius Canler vir antiquitatum studiosissimus, qui Rector fuerat studentis iuuentutis in Patauij. Cum mulieris alicuius Augustę consecratione, relatione que inter Deas declaraturi essent antiqui, Pauone insculpebant, quoniam hæc avis Iunoni est sacra, quam Iouis uxorem fuisse affirmant: atque cum ipsi Ioui, qui rex est cęli Aquila insigne data fuisset, Iunoni Pauonem ut omnium auium pulcherrimam, atque post Aquilam nobilissimam consecrarunt. Ad eorum igitur Deorum similitudinem Imperatores tanquam terrę domini, ac Monarchę Iouis insigne sumpserunt (quanquam vel antea Romanorum Aquila fuit signum) suisque coniugibus Iunonis insigne concesserunt, cum his rebus uellent ostentare, quod Ioui pares essent Imperio, ac Iunoni. Effectum est, vt cum Imperatorem cum Ioue vellet conferre poeta, ita de Augusto cecinerit;

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane.

Diuisum Imperium cum Ioue Cęsar habet.

Atque in alijs numismatibus compluribus Pavo idem significare conspicitur. Consecratio uerò à Senatu Populoque Romano fieri consueuerat, & à sacerdotibus multis cum ceremonijs ac pompa post Imperatoris mortem siue Augustę mulieris, vt tradit Dion, & Herodianus, minime antequam obiret, sicuti aperte declarauit Tacitus sub finem libri decimi quinti, ita in-

» quiens. Nam Deum honor principi non ante habetur, quàm agere inter ho-

» mines desierit. Quamobrem ego nonnullorum imperitiã valde miror, qui

» fœminas intelligant eas, quas sua virtute diuinitatem uel merentur, atque

» Diuos vocant Imperatores etiam dum sunt in uita.

Cereris



LIVIA AVGVSTA.

CERERIS SIMVLACHRVM  
NVMISMA. IIII.

QVAMVIS Tiberius, sicuti dictum est, propterea quòd matris hono-  
ri, gloriæque inuideret, prohibuisset, ne publicè ea immortalitati conse-  
craretur: tamen cum relicta fuisset in Deorum numero, complures statuæ  
illi dicatæ fuerunt: atque inter reliquas vna Cereris Deæ nomine, quæ  
dextera duas frumenti spicas tenebat, plantamque papaueris. Spicæ Cere-  
ri attribuebantur, quoniam eam tritici inuentricem fuisse affirmant, papa-  
uer autem fertilitatē, feminumque copiam significare manifestum est. nam  
quia cæteris omnibus plâtis hæc copiosiorē granorū numerū continet, ma-  
ximum prouentum frugum ex terra significat; si quidem volebant antiqui  
ut Ceres terra mysticè intelligeretur, cui facem etiam tribuebant, de qui-  
bus omnibus suo loco postea à nobis explicabitur. Fuit hæc statua inter  
reliquas superius dictas Liuiæ concessas in numinis speciem, Tiberio eius  
filio imperante, siue ea, quam Claudius Imperator in Diui Augusti templo  
deposuit: de qua mentionem fecit Dion libro quinquagesimo octauo, at-  
que in semunciali numismate æris Corinthiaci misti sculpta est, cum ipsius  
Augusti effigie in altera parte, cumque inscriptione huiusmodi; DIVVS  
AVGVSTVS. cui diuinos honores instituerunt; ait enim. Et Diui Au-  
gusti imaginem auream in templo Martis in lectica deposuerunt, omnesque  
illas ceremonias, quæ postea in eius statuæ honorem fieri debebant. Hoc nu-  
misma penes multos inuenitur.

STATVA NVMISMA. V.

ATQVE hæc vna est ex superius nominatis statuis in Diuæ Liuiæ ho-  
norem statutis, quæ dextera habet pateram, læua autem hastam. Hoc nu-  
misma habet ex altera parte Diui Augusti caput, cum literis circum; DI-  
VVS AVGVSTVS PATER. estque æreum exiguæ formæ, idest se-  
muncialis.

STATVAE NVMISMA. VI.

AEREA hæc moneta, semuncialis, quæ nihil aliud, quàm unam dicta-  
rum Liuiæ statuarum significat, ab ipsius filio impressa fuit: quandoqui-  
dem

G 2 dem

## LIVIA AVGVSTA

dem in altera parte Tiberij sculpta effigies conspicitur cum huiusmodi scripto; TI. CAESAR DIVI F. AVGVST. IMP. anno decimo septimo post adeptam Tribunitiam dignitatem flata, sicuti literæ circum testantur, PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XVII.

## TEMPLVM NVMISMA VII.

CONSVERVNT Romani pluribus in locis in Augustorum Augustarumq; mulierum honorem templa Cæsarum temporibus extruere. Quòd autem hoc vnũ ex iis sit, quæ Liuiæ sunt erecta, vel à Liuia Augusto fuerunt ædificata, vel ex inscriptione ipsum se patefecit; AETERNITATIS AVGVSTAE. quod etiam ex iis, quæ à Tacito scribuntur, potest comprehendi; Cum se templis, & effigie numinũ coli vellet. Erat sicilicet hoc numisma hoc est perexiguum, quod ex altera parte Augusti vultum habebat impressum, cum literis huiusmodi; DIVVS AVGVSTVS.

## SALVTIS DEAE IMAGO NVMISMA VIII.

C. Cæsar Caligula Imperator, vt maiori haberetur reuerentiæ, æream monetam vncialem in Liuiæ eius proaviæ memoriam faciendam curavit ad illius imaginis, quæ supra conspicitur, Deæ Salutis exemplum, cũ præsentis Liuiæ pro Dea Salute effigie, atq; eius exemplari ex altera parte; siue quia ipsam statuam restauraverit, siue quòd aliquã illi similem denuò fecerit, siue aliqua alia de causa nobis obscura.

## CVRRVS ELEPHANTORVM NVMISMA IX.

CONTINVO autem atq; Claudius fortitus est Imperium, res illi digna sanè visa est, vt Liuiam aviam suam publicè immortalitate donaret, honoraretq; eam Equestribus certaminibus, eiusq; statuam in D. Augusti templo erigeret. Quin etiã Vestalibus Virginibus iussit, vt ei sacrificarēt, iurarentq; per illius nomen, vt asserit Dion libro quinquagesimo octavo; simulq; instituit, vt eiusdem Liuiæ statua super curru à quatuor elephantis tracto in Ludorum Circensium pompa duceretur; qui quotannis in Circo Maximo in Deæ Cereris, Matris Deũm, ac Neptuni honorem celebrabantur, qui ludi, Circenses à loco dicebantur, vbi fiebant: siue, vt Isidoro placuit, ab ensibus, circa quos currebant equi, quasi circum enses. Ita scripsit Suet. in Claudio;  
Aviæ

## LIVIA AVGVSTA

» Auiæ Liuiæ diuinos honores, & Circensi pompa currum elephantorum  
 » decernendum curauit. Apposui hoc loco vehiculum, non idcirco quidem  
 quòd hoc numisma, quod argenteum est, Liuiæ gratia fuerit conflatum, ve-  
 rum vt modum, formamq; patefacerem; cùm hæc moneta in Agrippinæ ho-  
 norem à Claudio eius marito fuerit impressa.

BINAE STATVAE, ALTERA D. AVGVSTI,  
 altera Diuæ Liuiæ, numisma X.

PLACVIT item Neroni Iuliorum familiæ vltimo, Augustum, Liuiamq;  
 auiam suam honoribus prosequi, cum illis tanquam Deis statuas erexerit,  
 earumq; exempla in hoc argenteo numismate impresserit cū pateris in ma-  
 nibus, quæ numinis sunt argumentum, quoniam ex his libabatur, antiquo-  
 rumq; Dei sæpius his significabantur. De statua Augusti hoc sciendum est,  
 quòd quicunq; serui ad eam confugissent, à dominorum sæuitia tuti erant  
 tanquam ad Asylum confugissent, locumue aliquem tutissimum: sicuti de  
 Agrippina Germanici coniuge, quam Tiberius insectabatur, legitur. Hæc  
 enim vt Populum ad sui misericordiam incitaret, se ad eam confugere velle  
 dicebat, vt scripsit Suetonius. Afferit etiam Dion eam à Claudio Imperato-  
 re obtectam fuisse, ne tot cædes, quæ fierent in eo loco, cõspiceret. De statuæ  
 » Augusti dignitate ita scripsit Suet. in Tiberio; Paulatim genus calumniæ eò  
 » processit, vt hæc quoq; capitalia essent, Circa Augusti simulachrum seruum  
 » cecidisse, vestem mutasse, nummo, vel anulo effigiem impressam latrinæ,  
 aut, lupanari intulisse, dictum vllum, factumue eius exiltimatione aliqua  
 læsisse.

Agrippina

AGRIPPINA TIBERII CONIVX PRIMA.



55

AGRIPPINA TIBERII CONIVX PRIMA.



AGRIPPINA Marci Agrippæ, qui ter fuerat Consul, filia, Pomponijq; Attici Romani equitis neptes, ad quem scribuntur Ciceronis epistolæ; Nupsit Tiberio primum, Liviæ Drusillæ Augustæ filio, cū ciuis adhuc esset priuatus: cui cum Drusum peperisset, is ab Augusto compulsus illā vel sibi gratissimam repudiauit, cum denuò esset grauidā; non sine magna animi perturbatione, tum quia cum Agrippina viuere consueuerat, eamq; amabat, erat enim eius iucundior consuetudo, vitaq; honestior; tum etiam quòd Iuliæ mores ille improbaret, vt pote quā sensisset sui sub priore quoque marito appetētem, quòd sanè vulgo etiā existimabatur. Sed Agrippinam & abegisse post diuortium doluit, & semel omnino ex cursu visam adeò contentis, & tumentibus oculis profecutus est, vt custoditum sit, ne vnquam in conspectum eius posthac veniret, vt in vita Tiberij testatur Suetonius. Accepit igitur maritum Agrippina Asinium Gallum, Asinij Pollionis filium, qui hac ipsa de causa postea Tiberij Principis iussu cæsus est, cum nonnullam concitasset opinionem, quòd hac ratione principatum ambiret: qua de re scripsit Dion libro quinquagesimo septimo.

Antonia

ANTONIA MAIOR NERONIS  
IMPERATORIS AVIA.



## ANTONIA NERONIS IMPER. AVIA.



ANTA est Antonia, cognomento maior, quoniam primogenita esset, ex Marco Antonio III. viro R. P. C. atq; ex Octavia prima Augusti sorore. Lucio nupsit Domitio Aeneobarbo, cui duas filias peperit, Lepidam scilicet, & Domitiam, Cneumq; Domitium Neronis Imperatoris patrē, cuius effigies à filio postea Imperatore Augusto creditur in moneta excusa fuisse, sicuti conspicitur apud Stephanum Magnum patritium Venetum in quadam argentea, ac penes etiam alios.




Lepidæ Ser. Galba fuit maritus, qui principatum deinde obtinuit. Domitia Pafieno Crispo, qui bis Consulatum gesserat, in matrimonium concessa, Neronis iussu hausto poculo, interiit; de qua Tacitus scripsit libro duodecimo, & tertio decimo, Plutarchus in vita Antonij, Appianus libro quinto Bellorū ciuiliū, Plinius libro decimo sexto, Dionq;, ac Suetonius.

*Superius posui numisma pro Neronis patris imagine, dixiq;, eam ab eodem Nerone Imp. excusam fuisse; attamen cognito errore meo, iterum sub prælum mandare papirum volui. fuit hic igitur Domitius Neronis proauus, quem post Cæsarianam necem lege Pedia damnatum, ut eiusdem conscius (quanquam inson-tem) ad Cassium Brutumq; propinqua cognatione coniunctos se contulisse aiunt: post quorum interitum classem olim sibi cōmissam retinuit: auxit etiā, ut Tranquilli uerbis utar, nec nisi partibus ubiq; profligatis M. Antonio sponte & ingentis meriti loco tradidit, monetamq; argenteam tunc ipse cudere fecit, cū hoc nauali trophæo. Solus omnium ex his, qui pari lege damnati fuerant, restitutus in patriam, amplissimos honores percucurrit: ac subinde redintegrata dissensione ciuili eidem Antonio legatus delatam sibi summam Imperij ab his, quos Cleopatra pudebat, neque suscipere, neque recusare fidenter, propter subitā ualetudinem, ausus, transiit ad Augustum: & diebus paucis obiit. uide in Neronis uita, atq; Plutarchum in Antonio, & App. Bellorum ciuil. lib. v.*

H

Antonia

ANTONIA AVGVSTA






99

ANTONIA CLAVDII IMPERATORIS  
MATER AVGVSTA.



**L**LVSTRES fuerunt Antonij apud Romanos ob nobilitatem antiquitatemq; suam, quippe qui ab Herculis filio Antonæ originem traxerint; ex cuius nomine ita eorum familia nūcupabatur, vti literarū monumētis tradidit Apianus libro Bellorum civilium tertio, & Alex. ab Alex. libro primo Genialium dierū. Marcus Antonius Triumvir Reip. constituendæ dux insignis, facundusq; orator, quiq; domi, & foris honores, magistratusq; obtinuerat ob Cæsaris amicitiam, ex multis vxoribus, quas habuit, duas filias tantū suscepit ex Octauia sorore Augusti, quæ ambæ Antonia nominatæ sunt, hæc Maior ob ætatem, illa Minor. Maior Lucio Domitio Aeneobarbo nupsit, minor Neroni Claudio Druso, cognomine Germanico, Liuiæ Drusillæ Augustæ filio; cui peperit duos mares, vnāq; scēminam, Germanicum scilicet Cæsarem, ac Tiberium Claudium, qui postea occiso Caligula principatum sortitus est, tum Liuiam Drusillam, quæ Liuilla dicitur. Maritus dum insignis victoriæ Vrbi opima Germanorum spolia referre cupiebat, in itinere priusquam Romam rediret latere concusso, cum Equus supra eum cecidisset, vt ait Liuius, extinctus est, quāuis morbo concidisse asserit Suet. at nonnulli veneno arbitrantur. Senatusconsulto Arcus triumphalis marmoreus cum trophæis in via Appia ei extructus est, sicuti testatur Suet. in Claudio, in cuius memoriam etiam conflatæ fuerunt quædam vncialia numismata ex ære Corinthiaco misto, quorum notæ in altera parte erat effigies Claudij Imperatoris, in altera verò arcus cum statua Equestri, & trophæis, à Druso adquisitis, taliq; inscriptione: **NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMAN. IMP.** cuius hoc exemplum est.



## ANTONIA AVGVSTA

ALIA etiam ærea eadem specie vncialia conflata sunt, in quorum posteriore parte conspicitur statua triumphalis super spoliis Germanorum insidens, laurumq; dextra tenens, cum nomine Tiberij Claudij Imperatoris eius filij inscripto (nam ipse, vt conflarentur numismata, edixerat) in hoc titulo TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. id est; Tiberius Claudius Cæsar Augustus Pontifex maximus Tribunitia potestate Imperator pater patriæ. Ex altera parte Drusi imago cernitur cū hac inscriptione: NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. huic notæ sunt videlicet persimiles:



NUMMI quoq; argentei eandem significantes victoriam insculpti fuerunt; alter cum trophæis in aduersa parte, alter cum captiuis & Equestri statua super arcu, taliq; scripto: DE GERMANI. siue: DE GERM. in anteriore Drusi imaginem habebant cum inscriptione: NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. nobis placuit horum etiam exempla delineare, vt huius rei studiosi certiores fiant.



TANTAM verò formidinem Septentrionalibus nationibus Drusus reliquit, vt his etiam temporibus illius nomen horrendum videatur; nam cū & nostra ætate inter Germanos & Belgicos aliquis grauissimum quidpiam

# ANTONIA AVGVSTA

piam imprecatur, tanquam eius spiritus horribilis sit quispiam, ac malus dæmon, illorum idiomate hunc sensum exprimunt: In te Drusus incidat. Sunt enim earum calamitatum memores, quas ab eo pertulerunt, atq; ob hanc causam in ciuitate Maguntia in altera portarum, quæ flumen Rhenû spectat, exigua quædam illius cuprea imago adhuc conspicitur cubiti longitudine.

GERMANICI EFFIGIES

PARS ADVERSA



GERMANICVS Cæsar eius filius cùm maximam Romani exercitus seditionē in Germania sedasset, qui & in inferioris Germaniæ præfidiis erat collocatus felicissimeque pugnasset, Imperante Tiberio, meritò triumphauit, sicuti hoc numisma semunciale ex ære Corinthiaco misto in illius gloriam à Tiberio Cæsare Augusto formatum declarat, in altera parte habens currum triumphalem, super quo Germanicus triumphauerat, cum tali superscriptione: GERMANICVS CAESAR: In altera verò statuam eiusdem loricatam cum paludamento, quæ sinistra Scipionem gestabat, in cuius superiori parte insidet Aquila; virga enim est & magistratum insigne, cum simili scripto: SIGNIS RECEPTIS DEVICTIS GERM.



Proditum

## ANTONIA AVGVSTA

**PRODITVM** est qua fortuna Quintilius Varus Legatus Germaniæ pugnauerit contra Germanos, cum sub Augusti Imperio legiones omnes signaq; amiserit, ac simul ipse sit interfectus Germanicus Cæsar, cum mitteretur cum nouo exercitu in Germanos, sæpe cum iis pugnās, & victor existēs, signa, quæ Varus amiserat legionis vndecimæ aquilam (alterā apud Bructeros fusos, alteram apud Marfos) vti in primo ac secundo Tacitus historiæ Augustæ libro testatur. cuius triumpho ob inuidiam, Liua eius auia ita procurante, in Syria Cnei Pisonis opera eius prouinciæ præfecti obiit cum non mediocri omnium dolore & cum magno Populi Romani luctu. Claudius, alter ex duobus filijs Imperiū sortitus est, cuius vita à Tranquillo præcipuè scribitur, ab Eutropio, Orosio, Tacito, Dione: partim à Liuiio, Floro, & Iosepho. Verum hæc ea sunt, quæ ad Antoniæ originem, coniunctionē, genusq; spectant. Quod verò attinet ad mores, non minus ea laudis, & gloriæ meruit apud posteros in iis omnibus, quæ mulierum sunt officia, quàm vel Marcus Antonius, vel Drusus, vel Germanicus. Siquidem ob temperantiam castitatem, fidem, amoremq; singularem in virū suum, ob charitatē in nepotes, ob humanitatē in amicos, dignior erat quæ Maioris, quàm Minoris cognomineretur: cū oēs suæ familiæ insignes virtute lōgè superauerit. Ita verò fuit continens, vt inter cætera huiusce virtutis argumenta, fama sit eam abstemiam fuisse. Illud sanè perrarum est naturæ munus, quod de ea scripsit Plinius libro septimo, quod nunquam per totum vitæ suæ curriculum spuit; quam rem testatur Solinus etiam. Mortuo marito, ea fuit in illū fide ac reuerentia, vt quamuis & optima esset ætate, & maximè vigeret tum iuuentute, tum etiam forma, nulli amplius nupserit, vel Augusto nubere iubente. Verum pro nuptiali societate cum sua socru Liua dormire consueuit, eodemq; lecto fruens vidua consenuit, super quo Drusus iuuenis interierat, sicuti testatur Valerius Maximus libro quarto. de qua etiam meminit Iosephus libro decimo octauo. Neq; parum sanè Tiberio Imperatori hæc profuit, quoniam huius prudentia salutis causa illi extitit. nam cum Seiani prætorianorum cohortium præfecti conspirationem, quæ in Tiberium parabatur, intellexisset, eum per literas de re fecit certiozem, quas Pallanti liberto Capream dederat. Inde effectum est, vt summæ reuerentiæ semper fuerit apud Cæsarem, isq; illi libētissimè in omnibus obtemperauerit, cū ea ita volente vel Liuillæ filiæ suæ pepercerit, per quam id scelus perficiebatur; quamuis hac ipsa causa adductus eam inedia postea absumpserit, vti scripsit libro quinquagesimo septimo, & octauo Dion. Cū gratia plurimum posset apud Tiberium Herodes Agrippa, carusq; esset Antoniæ ob

amicitiæ

## ANTONIA AVGVSTA

amicitię memoriã, quę inter eam, matremq; eius Beronicem intercesse-  
 rat; accusatus fuit à quodam suo liberto, atq; cum innocentiam suam cogno-  
 sci maxime cuperet, non prius habita est quęstio de liberto, aut res trans-  
 acta, vel multis ob id Tiberio instantibus, quàm Antonia id postulauerit; vt  
 scripsit Iosephus libro Antiquitatum decimo octauo. Post mortuos Ger-  
 manicum eius filium nurumq; Agrippinam, & Liuiam Augustam, multa  
 cum humanitate apud se nepotem, neptesq; educavit, Caium Caligulam sci-  
 licet, Drusillam, Agrippinam, & Liuillam, cū reliqui dudum essent mortui.  
 Præter cætera verò illius prudentiæ argumenta extat hoc etiam, quòd eodē  
 die, quo rerum potitus est Caius, cum Agrippam esset ex carcere absolutu-  
 rus, in quem à Tiberio coniectus fuerat, quòd se optare dixerat vt citò mo-  
 reretur Tiberius, Caiusq; principatum obtineret, ei obstitit Antonia; neq;  
 ob id sanè, quòd Agrippam odio prosequeretur, sed honoris causa ipsius  
 Caij, ne crederetur vulgò ita iucundam ipsi Tiberii mortē accidisse, vt con-  
 tinuò eum ex carcere præ lætitia emisisset, sicuti narrat Iosephus. Quod ve-  
 rò ad illius humanitatem spectat, præter id quod vel ipsa natura ad benefi-  
 cia conferenda in omnes maximè erat procliuis, cū multum æs alienum  
 Agrippa aliquando contraxisset, atq; id circo eius honor, fortunæq; magno  
 in discrimine versarentur, hæc illi concessit, vt idem testatur libro decimo  
 octauo, trecenta nummorum millia, quæ si ad nostram pecuniam referan-  
 tur, triginta erūt millia coronatorum. Quamobrem causa illa extitit, quòd  
 vel eò perueheretur, vt Rex etiam fuerit creatus. Per eas ceremonias, quæ  
 Germanici filij mortui causa fiebant, incertum est, an quia non satis valeret,  
 domi se continuerit, an quia à Tiberio, Liuiæq; eius socru fuerit retenta, ne  
 maiorē dolorē ex Germanici obitu ipsa percipere videretur: neq; vlla præ-  
 terea dignitas consolationis gratia illi, sicuti cæteris affinibus, cōcessa fuit,  
 cuius rei mentionem fecit Tacitus. Magno in honore etiam habita fuit à  
 Caio eius nepote in principio illius Imperij, cū ei ex Senatus consulto om-  
 nes ei honores, ac tituli concessi fuissent, qui variis temporibus Liuiæ Au-  
 gustæ, vt in ipso Caio testatur Suet. Verùm hic ita inhumanus postea in illā  
 apparuit, vt vel ad mortē compulerit, quia nescio cuius sceleris eum repre-  
 hendisset, vt asserit Dion libro quinquagesimo octauo. Memoriam prodidit  
 Suet. in Caij vita illum huius mortis causam extitisse, quia cū ea secretò es-  
 set cum Aufidio Lingone collocutura, qui vir Romæ magistratus obtinue-  
 rat, ille prohibuit, nisi audiente Macrone Prætorianorum cohortium præ-  
 fecto colloqueretur; quam rem mox ægrè tulit, quòd malè tractari se ab eo  
 arbitraretur. Nec defuerunt tamen, qui eam veneno ab eodem Caio sublatā  
 fuisse

## ANTONIA AVGVSTA

fuisse autument. Hæc mortua nullum honorem est ab eodem cōsecuta: atq; prospexit è triclinio ardentem rogam. Plinius libri noni literarum cap. 55. Antoniam Drusi, murenæ, quã diligebat, inaures addidisse tradidit, cuius propter formam nonnulli Baulos videre concupiuisse. Narrat Tranquillus in Claudio, quòd cum aliquando de Claudio loqueretur, eum portentum hominis dictitabat, nec absolutum à Natura, sed tantum inchoatum. quæ etiam si quem socordiæ argueret, stultiorem aiebat filio suo Claudio. Verũ eo Principe iis reiectis, quæ à Caio eius nepote perperam acta fuerant, Augustæ cognomen illi tradidit, statuitq; vt publicè eius exequiæ perageretur atq; carpentum in eius honorẽ circensibus traheretur. Hoc scripsit Suet. in Claudio, Dionq; libro quinquagesimo octauo, itaq; erectum illi templum, vti testatur Plinius libro trigesimo quinto.

EFFIGIES ANTONIAE  
ad formam Cereris.


PRAETER ea verò, quæ dicta sunt, Antonia Augustæ imago iuxta consuetudinem, vt de Liuia Augusta superius dictum est, expressa fuit in Deæ Cereris simulachrum, quod spicis coronabatur, quæ corona proprium fuit ipsius Deæ ornamentum, vti habemus apud Ouidium libro quarto Fastorum.

Imposuitq; suæ spicea ferta comæ.


Atq; diebus Cereri consecratis in ludis Agonalibus, qui in ipsius Deæ honorem celebrabantur, hanc fuisse consuetudinem testantur antiqui scriptores, vt victores ludorum corona spicis hordeoq; composita decorarentur. Hæc imago, Claudio Imperatore ita iubente, in monetã etiam relata fuit, sicuti aureum quoddam numisma testatur Achillis Maffæi Romani ciuis.

Antoniam

# ANTONIA AVGVSTA



I Antonia



ANTONIAE CLAUDIIQUE IMAGO,  
PRIMUM NUMISMA.



ERVENERUNT ad manus meas Venetiis duæ æreæ semunciales monetæ, altera cum Græcis literis, altera cum Latina inscriptione, quæ Claudij habebant imaginem, Antoniaëq; illius matris: ex altera parte Claudij ipsius caput cõspicitur. Antoniaë effigies ad Romanarum matronarum habitum est induta, stolam enim habet, diademaq; in ceruice. Ita vero de stola inquit Diuus Isidorus libro Etymologiarũ vigesimo:

» Stola matronale operimentum, quo cooperto capite & scapula à dextro latere in læuum humerum mittitur. Stola autem Græcè vocatur, quod supermittatur. Eadem & Ricinium latino sermone appellatum, eo quòd dimidia eius pars retro eiicitur, quod vulgò Mauortam dicunt: Vocatam autem dicunt Mauortam quasi Martè. Signum enim maritalis dignitatis, & potestatis in eo est. Caput enim mulieris vir est, inde & super capite mulieris est. Vocatur autem stola quia superius ponitur. Hanc solis pudicis mulieribus gestare concedebatur, vti Martialis testatur libro primo:

Quis Floralia vestit

Et stolatum permittit meretricibus pudorem?

» Et Valerius Max. ita scripsit libro secundo; Sed quo matronale decus verecundia munimento tutius esset in ius vocati matronam corpus eius attingere non permiserunt, vti inuiolata manus alienæ tactu stola relinqueretur. Hæc ipsa à capite ad pedes demittebatur, vti narrat Tibullus:

Impediat crines nec stola longa pedes.

» De Diademate autem scripsit Isidorus libro vigesimo; Diadema, inquit, est ornamentum capitis matronarum ex auro, & gemmis contextum, quod in se circumactis extremitatibus retro astringitur, & exinde dictum Græcè quod præligetur.

CONSTANTIAE SIMVLACRVM,  
NUMISMA. II.

MAXIMA fanè fuit Antoniaë Fortitudo, atq; Constantia imperante Tiberio leuiro in morte filij præsertim; verùm multo fuit maior Caio eius nepote Principe, qui sicuti superius enucleauimus, eam vel ad interitũ vsq; inhumanè insectatus est. Hac igitur ratione ex Senatus consulto, Claudiiq; Principis mandato nobilissimæ huiusce virtutis formã sculptam fuisse credimus (nam hæc sola contra proteruam fortunam armata est) in posteriore

monetæ




## ANTONIA AVGVSTA

monetæ parte, quæ est aurea, Antonia in Cereris formam habet imaginem impressam.

CERERIS SIMVLACRVM  
NVMISMA. III.

VERVM multiplicibus rationibus Ceres à maioribus exprimebatur: Aliquando caput erat spicea corona, papauereq; coronatum, frumentumq; gestabat in manibus: aliquando rursus vt mœsta matrona facem gestans effingebatur, quæ stolam, diademaq; haberet in ceruice. Cereri fax idcirco fuit attributa, vt filiam Proserpinam amissam significarent, cum rapta fuit à Plutone: quandoquidẽ Ceres mœsta eo tempore ac sollicita duobus tædæ truncis direptis, siue arboris laricis, quibus altera ex parte accésis, suum currum à serpentibus tractum conscendit, eamq; cum illis facibus in obscurioribus locis inquirebat: ob tædas huiusmodi Tædifera postea à Poetis fuit nuncupata: Faces ex picea confectæ postea fuerunt, ex tæda, & larice, pinoq; arboribus; vel etiam ex sicca arûdine oleo peruncta, vel cera. Dicitur idcirco Ceres Augusta, quoniam omnia honorifica, religiosa, maximeq; obseruationis, quæq; tanquam diuina reuerentiam consequuebantur, Augusta nominata sunt, vt templa, simulacraq; Augusta dicebantur, ac formæ etiam dicuntur Augustæ. Hoc numisma æreum semunciale, sed quod maximo tamen studio ab amplissimo Patriarcha Aquileiæ custodiatur, habet in priore latere Claudij Imperatoris effigiem cum inscriptione huiusmodi: TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. Hoc est Tiberius Claudius Cæsar Augustus Pontifex Maximus Tribunicia potestate Imperator Pater Patriæ.

LIVILLA CAII, AC POSTEA  
DRUSI, CAESARVM.



LIVILLA CAII, AC POSTEA DRUSI, CAESS.



ONIVNCTI fuerunt Liuiæ affinitatis arctissimo vinculo viri quattuor maxime insignes: quæ Liuia blanditiarum gratia Liuilla dicebatur, siue Iulia, nõ Bulia vt ait Dion li bro quinquagesimo septimo, quanquam ego pro Bulia Iuliam legendum putauerim, cum nata sit hæc lectio ex scriptorum, seu impressorum errore. Marcus Antonius Triũuir Dux celeberrimus, qui ab Octauiano Cæsare superatus fuit, huius fuit auus ex matris affinitate, Augustusq; eius auunculus ob Octauia illius sororem, ipsiusq; Marci Antonij coniugem, ex qua nata est eius mater Antonia, minor nuncupata. Eius pater fuit Nero Claudius Drusus cognomento Germanicus, Imperator exercitui, dux indomitę Germanorũ nationi horrendus ac tremēdus, cuius nomen, vt antea diximus, nunc etiam illis timori esse consuevit. Germanicus Cæsar non minus apud eandem nationem ob rei militaris peritiam, quàm etiam ob eius probitatē, ac virtutem apud Pop. Romanum, aliasq; omnes nationes amatus, huius frater extitit. Silentio Tiberium Imperatorem Augustum prætermitto, eius patrum, Claudiumq; Principem fratrem; Neronem rerum domitorem consobrinum ex materno genere: ex quibus omnibus facilè generis ipsius splendor agnoscitur. Verum inter alia cõplura, hoc erit exemplum, quòd huiusmodi nobilitas sæpius ferè cum maioribus, magisq; nefariis vitiis coniuncta esse dignoscitur. Hæc, vt scriptum reliquit Tacitus libro quinto, principio ætatis suæ nõ fuit admodum formosa, at quę tamen cū adoleuisset, pulcherrima euaserit. Nupsit primum Caio Cæsari Marci Agrippæ filio, Augustiq; adoptiuo; post cuius mortem, Druso Cæsari Tiberij Imperatoris filio data est in matrimonium, quamuis hic esset ipsius consobrinus, ex quo duos mares eodem partu peperit, ac postea filiam ex eodem concepit. Effigies Drusi atq; numismata, quæ eius pater Tiberius Imperator excudere fecerat, inferius posuimus.



In

## LIVILLA DRUSI CAES.

In duobus ex ære numismatibus, quæ semuncialia sunt, imagines Neronis & Drusi Cæsarum Germanici, Tiberiiq; filiorum, cōspiciuntur, cum inscriptione diuersa, vti supra delineauimus.

Aliud numisma aureum extat Romæ apud Achillem Maffium cū Drusi effigie, in cuius latere aduerso sculpta Tiberij Principis imago cernitur, cū hac inscriptione: TI. CAESAR AVG. P. M. TR. P. XXXV.




EIVSDEM effigies in numismate æreo semunciali penes multos huic per simili conspicitur, cuius partes sunt istis per similes.



Eodem temporis spatio, videlicet anno Drusi Cæsaris Tribunitiæ potestatis secūdo, ex pulcherrimo ære Corinthiaco misto numisma semunciale quoq; flatum est in Drusi honorem cum Pietatis Deæ imagine, cuius pars altera & hic sequitur.



SED tanta affectus est lætitia Imperator ex marium ortu, vt se continere non potuerit quin dixerit in Senatu, nemini vnquam Romano eiusdem sublimitatis accidisse, vt duos mares ex eodem partu susceperit, vti scripsit Tacitus libro secundo: quam ob causam ipse tam elatus est, vt monetas etiam pulcherrimo ære Corinthiaco misto vnciales cudere fecerit; in quibus adhuc visuntur ex altera parte eorū in tenera ætate imagines, duobus Cornu copiis impositæ, cum caduceo interfecante; quo ipse videtur suam voluisse felicitatem significare. In altera vero parte Drusi Cæsaris nomen, Pontificiaq; dignitas, ac Tribunitia potestas inscripta legitur. cuius exemplum hoc est delineatum ab vna, quæ à me dono data est Illustrissimo Francisco Medices Florentinæ Iuuentutis Principi.




Ex maribus filiis alter Tiberius vocatus fuit, Princepsq; designatus cū Caio Caligula, à quo postea fuit interfectus; alter extinctus est Caio Asinio, & Caio Antistio Consulibus. Interea cū Livilla fieri posse intelligeret vt Claudius aliquando succederet in Imperium, conuitiis palàm iniquam Populi Romani fortunam infectata est, vti scripsit Suet. in Claudio. Neq; minus sanè infesta fuit suo marito, quippe cū nimis benignus ac sublimis fortunæ gradus humanis iudiciis nebulas offundere plerunq; cōsueuerit. Nam cum innata illi inesset Claudiæ familiæ superbia, regnandiq; cupido, impatiens senioris Tiberij mortem expectandi, sese fraudibus commisit Seiani Prætorianorum cohortium Præfecti. Hic cum se illius amore captum esse simulasset, effecit, vt secum adulterium committeret, cum se eam vxorem ducturum polliceretur, si venenum marito dedisset. Illi enim persuadebat facile futurum, vt senem Imperatorem de medio tollerent, ac ipsi Romani Imperij Principes efficerentur, sicuti scripsit Tacitus libro quarto, & vigesimo primocum postea honestatem vitiaisset, familiamq; deturpasset, ac Augustæ familiæ notam inuississet, omnia Cæsaris arcana Seiano aperiens, Eudemo

## LIVILLA DRUSI CAES.



demo Medico, suoq; adultero suadente venenū ad tempus parauerunt, idq; incauto marito per Lidum Spadonem præbuerunt: qui intra octo annorū spatium paulatim morbo consumptus, occubuit. Fuit præterea causa suis adulteriis vt ciues complures punirentur, quorum nomina recensentur à Dione libro quinquagesimo octauo. Plinius libro vigesimo nono cap. i. vbi de Medicorum sceleribus percurrit, ita etiam literarum monumentis tradidit. Iam verò & adulteria etiam in principum domibus, vt Eudemi in Liuia Drusi Cæsaris: item Valentis, in qua dictum est regina.

Retexit facinus id Seiani vxor per libellum quendam, quem ea misit Tiberio, in quo res tota erat descripta. Hoc cum is cognouisset, studioseq; res inquisiuisset, quæ ibi perscribebantur, Liuillam cum omnibus Drusi interfecto-ribus occidendam curauit. Non desunt tamen qui dicant, quòd illi in Antonia eius matris gratiã pepercit, at quòd Antonia tamẽ postea curauit, vt ea inedia moreretur; de qua scripsit Dion libro quinquagesimo octauo. In Urbis menibus, quæ sunt inter viam Appiam, & Latinam epithaphium quoddam peruetus reperitur, in quo de hac ita fit mentio: OLYMPVS LIVIAE DRUSI CAESARIS LECTICARIVS.



K

IVLIA DRVSI CAES. FILIA.






## IVLIA DRUSI CAES. FILIA.



VLIA Drusi filia, ac Liuillæ, Neroni Cæsari nupsit Germanici Cæsaris filio, ipsiusq; Liuillæ nepoti: post cuius obitum Rubellio Blando nupsit, cuius auus eques fuerat Romanus, sicut testatur Tacitus libro quarto, ac tertio decimo. Occisa fuit à Claudio, Messalinæ opera ob zelotypiam quam de ea conceperat, vt asserit Dion libro quinquagesimo octauo, & Tacitus in loco nuper à me superius citato. Narrat Suet. in Claudio, (vbi pro Iulia Liuia dicitur) quòd ipsius Claudij opera interiit, nulla causa cognita: qui neque etiam illius defensionem locum vllum reliquit.

AGRIPPINA C. CAESARIS IMP.



AGRIPPINA C. CAESARIS IMP.  
MATER AVGVSTA.



**D**A TER Agrippinae, Marcus cognomento Agrippa, quod præcedentibus pedibus sit ortus, ex loco humili sanè natus est, qui profectò ob virtutem suam nobilissimus fuit. Meruit primum vt Augusti esset affinis, cum vxorem duxerit Octauiam illius sororem minorem cognomento, deinde vt eiusdem esset gener, vt crearetur Aedilis, vt obtineret ter Consularem dignitatem, eumq; triumphum consequeretur, què ipse ducere noluit. Meruit & statuas cupreas in templo Iouis Vltoris, vtq; primum eius effigies in moneta exprimeretur, postea cum Rostrata corona, & literis circum: M. AGRIPPA L. F. COS. III. in cuius altera parte Neptuni simulachrum etiam hodie conspicitur, quod delphinum tenet dextra, læuaq; tridentem, sicuti patefacit hoc exemplum ab ærea semunciali Alexandri Contareni Patricij Veneti extractum.



QVONIAM cum terrestrium exercituum Cæsaris extitisset Legatus, Præfectus fuit classis eiusdem Octavianæ Cæsaris, atq; inter alias partes victorias, treis nobilissimas illi exhibuit. Primã in Aquitanos Galliaë populos, aliã maritima in Siciliam contra Sex. Pompeium Cnei Magni filium, tertiã ad Actium promontoriũ: quæ profectò summa existimatio, amplitudoq; Cæsaris extiterunt, quamobrè semper eum postea Augustus plurimi fecit, magnoq; honore profectus est: quandoquidem in rebus magni pöderis eum consulere solebat, atq; illi non modo prouinciarum administrationem exercitumq; relinquebat, verum etiam Urbis, totiusq; Romani Imperij, cum & sigillo vteretur Augusti, & ipsius etiam nomen in epistolis ascriberet, ac dehinc exortum ænigma afferre Sphingem. Ob Aquitanicam victoriam, muralem coronam adeptus est, sicuti ex quodam argenteo numismate, huic simili, facile coniectari licet, in cuius aduerso, imago Diui filij insculpta est.

Ob



O B Siculari, vexillum cæruleum, ac naualem coronam meruit, quæ aurea erat Rostrata, & quæ in posteriore parte ærei numismatis semuncia-  
lis cuiusdam Cæsaris conspicitur, quia eandem & ipse Cæsar acceperat, uti  
subsequens numisma eodem pondere materiaq; declarat, quæ Diui filij, ac  
M. Agrippæ in amplexu capita velata huiusce coronæ insculpta habet, à ter-  
go vero, Crocodillum palmamq; arborem, signû Coloniae Nemansiensis.



VRBS præterea ab eo ornata, recteq; disposita fuit: siquidem magnificent-  
tissimum illud Iouis templû erexit, ut asserit Plinius libro trigesimo secun-  
do, vocatû Pantheon, quod omnium Deorum; idq; nunc etiam CHRISTI,  
ac Virginis cui consecratum est beneficio conspicitur integrum. Eo præte-  
rea anno, quo Aedilis, aquarumq; præfectus fuerat, aquam Virginem in Vr-  
bem deduxit, Iuliam, Martiam, Appiam, Anienemq; ceterorum Aedilium in-  
curia penè deuastatas refecit, atq; refarciuit. Fecit & septingentos lacus, cen-  
tum fontes, centum & quinque scaturigines, centum & triginta aquarum ca-  
stella: quibus in operibus tercentas partim marmoreas, partim cupreas  
statuas collocavit, cum quadringentis marmoreis columnis, ut asserit Pli-  
nius libro trigesimo quinto. Data fuit idcirco eius familiæ aquarum cu-  
ra, tanquam perpetuis earum curatoribus, ut inquit idem Plin. ac Frontinus  
libro

## AGRIPPINA AVGVSTA

libro primo, & secūdo de Aquæductibus. Ex tribus, quas certò habuit vxoribus, filia Titi Pomponij Attici scilicet, Marcella Octauiae maioris filia, & Iulia filia Augusti, duæ tantū filios illi pepererūt. Ex Pomponij filia Agrippinam suscepit, quæ nupsit Tiberio adhuc priuato; Ex Iulia tres habuit mares, duasq; fœminas; Caium, Lucium, & Agrippam, Iuliam de qua superius, & Agrippinā. Scripsit Dion, quòd Octauiam etiam minorem sororem Augusti vxorē duxit. Deceffit anno ætatis suæ quinquagesimo primo, ob adulatorum Iuliae suæ coniugis mœrorem, cum diutius ex pedibus laborasset, infelicitèq; ageret, quòd vltimam filiam genuisset, & neptis Agrippinæ causa: quæ humano generi duo monstra maxime pernitiōsa protulerūt, Caium Caligulam, Domitiumq; Neronem Imperatores, vti affirmat Plinius libro septimo. Cum Germanico Cæsari nupsisset Agrippina, nouem filios peperit, quorum duo infantes adhuc extincti, alius, cui nomen Caio Cæsari, iam puerascens insigni festiuitate mortuus est, cum aliquātulum adoleuisset: qui perhumanus, & iucundus esse videbatur; cuius effigies in Cupidinis habitu in Veneris Capitolinæ templo deposita fuit, atq; cum aliam in cubiculo haberet Augustus, quotiescunq; thalamū introiret eam exorculabatur. Ex cæteris filiis tres erant fœminæ, Agrippina, Drusilla, Liuilla, quæ tribus annis natae fuerunt inuicem succedentes. Fuerunt & totidem mares, Nero, Drusus, & Caius Cæsar Caligula. Fœminæ, & Caius, superstites matri fuerunt; at Nero, & Drusus à Tiberio interfecti sunt, ab eo primum accusati in senatu, hostesq; Populi Ro. iudicati. Peperit primum Caium Cæsarem Tyburi, atq; alium eiusdem nominis, Caligulam postea cognomento. Peperit Antium post annum Germanico, Caioq; Fonteio Consulibus, atq; Neronem deinde, & Drusum.

Nata est Agrippina, ex Drusilla in Treuiris dum maritus cū Germanicis pugnaret, & vbi aram fuisse scribit Pli. in qua scriptum erat; OB AGRIPPINAE PVERPERIVM. Peperit Iuliā in Lesbo insula cū vna cum Germanico in Orientē proficisceretur, vti scripsit Suet. in vita Caligulae, & Tacitus libro secundo. Cū ea esset in castris, dum pugnaret Germanicus in Germanos, magno in discrimine vitæ versata est, quoniam cum Germaniae inferioris exercitus commotus esset, cogitur paucis comitantibus mulieribus ac grauida cum Caio in vlnis per Treuirorum fines effugere, à quibus ob admirabilem facundiam, honestissimam famam, iucundam patris Agrippæ memoriam, auiq; ipsius Augusti, perhumanè excipitur. quinetiam cum ibidem hyemasset, vnam ex superius dictis fœminis peperit; quanquam cū puderet milites eius moræ, multis precibus Agrippinā rogarunt vt in castra rediret

rediret

## AGRIPPINA AVGVSTA

rediret, vt habemus, apud Tacitum libro primo. Exiguo tempore interposito post Germanici victoriam cum in Cheruscorum regione vellent seditionosi quidam milites pontem extruere supra Rhenum in Galliamq; penetrare, Agrippina vtpote strenua mulier ducis armis induta eorū impetum coercuit, cum & vestes, & annonam militibus distribuisset. Plinius, vt asserit Tacitus, narrat etiā in his libris, quos de bello Germanico scripsit, quòd ea armata super ponte constitit gratias agens redeuntibus legionibus easq; laudabat. Dicunt præterea hoc Agrippinæ facinus valde iniucundum Tiberio accidisse, neq; sine magna prorsus molestia. non enim res parui ponderis esse videbatur, quòd mulier maioris autoritatis in exercitu fuisset, maiorisq; virtutis, quàm vel Legati, vel militum præfecti simul, cum tantam seditionem placasset, quantam vel Principis ipsius autoritas placare nō potuit. Videbatur enim illi hæc mulier, cum res ageret cū militibus, ac munera concederet, seq; armaret, id conari velle, vt Caius Cæsar appellaretur, vti testatur idem Tacitus libro primo. Cum in orientem mitteretur post res huiusmodi Germanicus, peperit ea in itinere in Lesbo Insula Iuliam, siue Liuiliam, qui nouissimus fuit eius partus, hinc peruenit in Syriā, vnde ob Gnei Pisonis, Plancinæq; illius coniugis insidias mortuo Germanico ægra cum mariti cineribus, filiisq; in gremio Romam adnauigauit. Cum verò obuia fuisset in itinere Domitio Celeri cū triremibus in Syriam à Pifone missis, parum abfuit quin in certamen descenderet. Tum in Corcyræ insula per aliquot dies commorata Brundisium traiecit, cui obuiam iuit magna populi multitudo, quæ vndiq; ad eam visendam confluebat. Hoc scripsit Tacitus libro secundo & tertio. Hæc Plancinæ Agrippinæq; inimicitia ab Augusta Liua excitata fuit, quoniam cum bifariam diuisi essent aulicorū animi, partimq; in Germanicum, partim in Drusum Tiberij filium essent propensi, cumq; visum esset quòd exercitus Tiberium Imperatorem in Germania recusasset, Germanicumq; expetiuisset, cum videret Agrippinam pluris fieri, quoniam esset fœcundior, quòd res novas etiam timeret, Plancinam Pisonis coniugem certiozem fecit, qui tunc Syriæ erat Præfectus, vt quo quo modo posset ea cum Agrippina contenderet. Accesserunt huic inimicitia aureæ coronæ, quæ à Syriis Agrippinæ Germanicoq; donatæ fuerunt, quæ non mediocrem concitarunt inuidiam, cum multò essent maiores iis, quæ Plancinæ, ac Pisoni datæ fuerunt, sicuti testatur idem Tacitus libro secundo & tertio. His igitur de causis & senioris Liuiae ambitione, & Seiani insidiis, multiplicibus modis assiduè infestabatur Agrippina; quippe quæ grata esset populo, plurimumq; apud eum posset gratia, tum ob Augusti memoriã,

tum

rum etiã ob summam Romanorũ in Germanicum benevolentiam: per quã verebatur Liuia, ne principatum obtineret. Verũ fortuna optimis incæptis grãuis semper aduersaria, illi ruinã futurã primordia subtexit, quòd cum Claudia Pulchra eius consobrina adulterij accusaretur, ac veneficij in Principem, ea accessit ad Tiberium, qui tũc fortè Diuo Augusto sacrificabat. Cũ autem verbis aliquantulo seuerioribus consobrinã affectione vsa fuisset, non modo nõ impetrauit vt absolueretur Claudia, verum etiam non nihil odij inde reportauit, vti asserit Tacitus libro quarto. Cum paulo liberius aliquando de mariti morte conquesta esset, Tiberius eam manu apprehendens, Græco versu pronuntiauit, Si nõ dominaris filiola, iniuriã te accipere existimas? cũ ea aliquãdo vt in matrimoniũ cõiungeretur exposceret, quòd se iuuenem adhuc esse diceret, quodq; nihil matrimonio iucũdus haberet boni in ciuitate; intelligens Tiberius quanti esset ponderis hoc Reipu. nullo dedit responsum. Quãdam vero inter cœnam porrecta à se poma gustare non ausam, etiam vocare desiit, neq; mox vlllo sermone dignatus est. Dicebat enim se arbitrari, eam id fecisse, vt crederetur vulgo venenum ad eam porrectum fuisse, quoniam Seianus, vt eius perniciem excitaret, nõ nullo clam miserat, qui amicitia simulatione, benevolentiaq; dicerent, eamq; admonerent ne cum socero comederet, quoniam is venenum illi parauisset. Sed ita se res profectò habet, quòd is ipsa poma præbuit, vt intelligeret an ei illa confideret, cui postea credenti venenum erat daturus; verum ea ab iis abstinuit, quippe quæ firmè crederet esse venenata. Nouissime calumniatus modò ad statuam D. Augusti, modò ad exercitus cõfugere velle, sicuti serui consueuerunt, vt populum ad misericordiam concitaret, eumq; in ipsum inflammarer; nunc verò minantẽ se esse ad exercitus Germaniã adituram vbi aliquam commiserationem repertura esset ob gratam mariti eius memoriã, quæ adhuc recens erat, eam in Pandatariã insulam relegauit. Cum verò hæc eum carpere non desisteret, atq; conuiciaretur, conuicianti oculũ per Centurionem verberibus excussit. Rursus mori inedia destinanti per vim ore ducto infulciri cibum iussit, cuius tandem ex inedia mortuæ ossa in Cæsarũ sepulchro deponi vetuit, mandauitq; vt in occulto loco quopiam absconderentur, vbi nõquam reperirẽtur postea. Quinetiam quo quo modo potuit, illius famam deturpare conatus est, suasiq; illius quoq; natalem diem inter infastos esse referendum, quibus nihil agere conuenit: ac die quo mortua fuerat, solemnem, & felicissimum esse habendum S. C. decreuit, quo Capitolino Ioui donũ ex auro sacrare par esset. Videbatur enim sibi nimis fuisse placidus quòd eam laqueo minimè strangulatã in Gemonias abiecerit, quo

L                    scelesti

## AGRIPPINA AVGVSTA

ſceleſti homines proiici à Romanis conſueuerunt, quamobrem interponi decretum paſſus eſt, quo ſibi, vt pote clementi perhumanoq; Principi gratiæ agerentur. Scribuntur hæc à Tacito libro quarto, & quinto, & à Dione libro quinquageſimo ſeptimo, Suetonioq; in vita Tiberii. Ob hæc enim clementiam videtur Tiberius, ſcutum aureum in Capitolio poſuiſſe, ac poſtea in ſemunciali æreo numiſmate edicto ſuo inſculptū fuiſſe, cū his literis: CLEMENTIAE, in cuius vmbilico extat Tiberij, ſiue Clementiæ Deæ effigies.




**SUNT** qui dicant eam conſulto mortuam eſſe, quod etiam rationi magis conuenit, cū cibo abſtineret, quodq; victus illi poſtea non daretur, ac inde fama exierit, quod ea veſci noluiſſet. Memoriæ prodidit Tacitus lib. quinto Tiberium illi imputaſſe, quod cum Aſinio Gallo alterius Agrippinæ eius ſororis adulterium commiſiſſet, quodq; ob illius obitum ea ſibi mortē conſciuiſſet: quod abhorrere à veritate ab omnibus iudicatum eſt ob honeſtiſſimam vitam anteaſſam. Fama eſt, nonnullos fuiſſe, qui eam in ſpem veniſſe arbitrati ſint poſt Seiani mortem alicuius miſericordiæ apud Tiberium inueniendæ: verum poſteaquam miſerrimum Druſi filij obitum cognouit, vitæ ſuæ omnē prorfus ſpem abieciſſe. Defuncta eſt anno ferè decimo quinto poſt Germanici mariti mortem, ſeptimoq; poſt Neronem filium, ac quinto poſt Liuiam eius auiam, anno ſecundo poſt occiſum Seianum, eodemq; die, quo ille fuit cæſus. Tantus fuit eius viuæ terror Tiberio, tantaq; ſuſpicio, vt nulum nunquam aliter poſt damnationem, quàm cathenatam, obſutamque lecticæ, loco mouerit, prohibitis per militem viatoribus, ac reſpicere uſquã, vel conſistere, vt ſcripſit Suet. in vita Tiberij. Hæc animo fuit caſto, magnoq; in maritū amore, filiis non æqua, quoniam Neronem, magis quàm Druſum amauiſſe, magnanima, audax, virilis animi, virilibusq; cogitationibus plena, ſcæmineis vitiis ſpoliata, dominandi tamen cupida, fortunæq; ſuæ impatiens, vt aſſerit Tacitus libro primo, & quinto. Magnopere amata fuit ab Auguſto



## AGRIPPINA AVGVSTA

gusto, quod literæ quædam ab eo scriptæ testantur, in quibus apud Suet. in vita Ti. hæc insunt; VALEBIS mea Agrippina, & dabis operã vt valens peruenias ad Germanicũ tuum. Cum Caius Principatum adeptus esset, vt ait Dion libro quinquagesimo octauo, edixit statim vt Augusta vocaretur, quãuis iam mortuã; atque ipse (autore Suetonio in vita Caij) in insulam Pandatariam ad nauigauit, & in Pontias ad transferendas matris, fratrisq; cineres festinauit tempestate turbida, vbi ipse etiam suis manibus magna cũ reuerentia eos collegit, in urnisq; accommodauit: cumq; iisdem ceremoniis vexillo in puppe phaseli cuiusdam collocato Hostiam ad nauigauit, atque per Tiberim postea Romam est ingressus. Curauit interim, vt biremes cõtra aquarũ defluxum à primatibus Equestris ordinis traherentur, atque per meridiem vniuerso populo inspectante deposuerat eos cineres in duobus ferculis, id est arculis, quas in Cæsaris Mausoleo collocauit, inferiasque his annua religione publicè instituit, atque nunc etiam ipsius Mausolei marmor quoddã reliquũ est in calce Capitolij, in quo hæc incisæ sunt literæ; OSSA AGRIPPINAE DIVI AVG. NEPTIS VXORIS GERMANICI PRINCIPIS. Atq; à tergo saxi aliud est simile, vnã cũ huiusmodi epitaphio; OSSA NERONIS CAESARIS GERMANICI CAESARIS F. DIVI AVG. PRON. FLAMIN. AVGVSTALIS QVAESTORIS. Quod est sepulchri Neronis Agrippinæ filij, Caiiq; Principis fratris indicium.

# AGRIPPINA AVGVSTA



BIBLIOTECA

## AGRIPPINA AVGVSTA

## DVÆ IMAGINES NVMISMA PRIMVM.

## VEHICVLVM ELEPHANTORVM

## NUMISMA II.



DE HOC vno numismate in declarationibus posteriorum partium sequentis Agrippinæ huius filia, Neronis Imperatoris matris explicabitur.

## CARPENTVM, NUMISMA III.

INSTITVIT præterea idem Caius vt ludi Circenses in matris honorem celebrarentur, in qua pompa voluit vt maioris honoris causa adesset etiam Carpentum, vt ait Suet. in loco superius citato, cum inquit. Ex eo amplius instituit matri Circenses Carpentumq; , quo in pompa traduceretur. De hoc vehiculo inter Liuiæ Augustæ monetas copiosius à nobis est perscriptum; sed quoniam res, quæ longum sanè tempus postularet, fore videretur, si eos omnes recensere velimus, apud quos numismata huiusmodi vncialia reperiuntur, perpulchrique æris Corinthiaci misti, hoc vnum dicam, quòd vel nullū lararium, in quod res antiquæ ab aliquo congestæ fuerint, reperitur, vel nullum museum, aut certè perpauca, vbi nullum prorsus numisma huiusmodi inueniatur.

## EFFIGIES CAII NUMISMA IIII.

QVIN etiam vt magis pietas in matrem emereret, Caius edixit, vt ex altera argentearum monetarum parte Agrippinæ imago imprimeretur, ex altera sua ipsius effigies: omnibusque Tiberij Imperatoris in eam decretis abrogatis, de iis omnibus pœnas sumpsit, qui illi infidias tetenderant. Curauit etiã vt ij omnes in patriam reuocarètur, qui illius causa in exilium missi fuerant, sicuti scripsit Dion libro quinquagesimo octauo. Et quanquam primum omnes accusationes, omnes actus, omniaque inuestigationum scripta comburere simulasset, quæ in eius matrè, ac fratres factæ fuerant, tamen id fecit descriptis exemplis quibusdam, seruatisq; prioribus scriptis, vt omnes ij qui in eo negotio fuissent occupati, vel vt accusatores, vel vt testes, uel ut iudices, nihil deinde timerent. Vera tamen scripta is nihilominus ostendit,

## AGRIPPINA AVGVSTA

dit, eosq; acerbè puniuit, ut tradit Suet. in uita Caij, ac Dion etiam in libro à me nuper citato.


## NUMISMA V.

CVM successisset in Imperium Claudius ducta uxore Iulia Agrippina huiusce filia, ut honoraret, stabiliretque focrus & gloris suæ memoriam, ex Senatus cōsulto curauit ut eius effigies in moneta unciali pulcherrimi æris Corinthiaci misti imprimeretur, in cuius aduerso latere legebātur hæ literę; TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. et S. C.


## NUMISMA VI.

PRAETER ipsum numisma sigillum hoc concauum cum literis huiusmodi additum fuit: N. C. A. P. R. Quarū interpretatio minimè à me conscribetur, cum nullius firmam habeam auctoritatem, cui fidere possim: atque coniectura aberrare sæpius soleat. Sunt qui ita interpretētur; NOBIS CONCESSA A POPVLO ROMANO. Verum lectio huiusmodi mihi non planè satisfacit, quoniam duæ notæ; S. C. eundem ferè sensum ipsæ retinent. Præterea cur iterum signatæ fuerunt? aut cur non in literis, quæ elatæ videantur, ac non una ærarij impressione? Alij contra intelligunt; NON CONCESSA scilicet; quasi hoc sigillo significare uelint eam monctam ab aliquo Principe, qui successerit, vetitam fuisse, ut à Nerone in matris contemptum: sed neque huiusmodi expositio mihi omnino arridet, cum talis opinio nulla historiæ auctoritate fulciatur. quiuis idcirco uti magis placuerit, interpretetur.

Iulia



AGRIP. GERM. CAES. FIL.



83

IVLIA AGRIPPINA GERM. CAES. FIL.  
 ULTIMAQUE CLAVDII IMPERATORIS CONIVX  
 AVGVSTA, NERONIS PRINCIPIS  
 MATER.



GERMANICVS Cæsar pater Agrippinæ fuit, cuius si præstantiam mihi describendam præponerem, nullæ essent unquam laudes, quæ vel minimam eius meritorum partem adæquare possent: siquidem ab iis, qui historiam conscripserunt, unicum omnium virtutû tam animi quàm corporis vas atq; exemplar iudicatus fuit, cuius vita illustris ita ornatè, ac breuiter in initio vitæ Caij à Suet. descripta est, ita illius laudes à Quintiliano prædicantur, ac ab Ouidio, cui opus Fastorum dedicatur, vt quiuis eius virtutes resq; bene gestas ibi iucundius legere possit, quàm ab aliquo eas expectare ampliores; eius tamen effigiem hoc loco non omnittendam putavi, quæ in antiquis numismatibus argenteis, æreisq; semuncialibus reperitur, cuius partè aduersam hic quoq; decernendam curauimus, cû in posteriori parte argentei Caij Cæsaris Caligulæ eius filij imago conspiciatur.



AGRIPPINAE mater fuit Agrippina Marci Agrippæ filia Augusta, quæ honestissima fuit mulier, animoq; & paternis virtutibus, Augustiq; aui omnino similis. Nata esse creditur ex Vbiorum oppido, eo scilicet tẽpore quo Germanicus eius pater cum Germanis pugnabat, atq; idcirco cum Claudij Imperatoris vxor fuisset, Coloniam ibi deduxit, qui locus postea ab eius nomine Agrippina vocatus est: atq; nunc etiam cum frequētissima sit Vrbs ac opulētissima, Colonia nuncupatur. Scripsit Tacitus libro duodecimo eam ibi natam esse, quodq; Agrippa eius auus eiusce gentis habuit administratio nem. Narrat tamen Suet. quod nata est in Germania, vbi Drusillam etiã natam esse asserit, non tamen quo in loco præcipuè dixit, præter id quod Plinius

M nium

90  
 IVLIA AGRIPPINA AVG.

nium accusat, qui in Treuirorum regione aram fuisse narrat, in qua erat inscriptum: OB AGRIPPINAE PVERPERIVM. cum affirmet Caium illius fratrem in primo Germanici Consulatu natum fuisse. Huic opinioni assentitur Tacitus libro primo, ubi inquit quod ob Romani exercitus seditionem oportuit matrem Agrippinam gravidam cum Caio tunc paruo aufugere in Treuirorum regionem, ubi sequenti hyeme peperit. Consentaneum est rationi ut is partus scemina fuerit, cum tribus annis tres filias pepererit, ut auctor est Suet. aliam post aliam: quamobrem accidit ut sub finem Consulatus Sexti Pompeij, Sextiq; Apuleij nata sit Decēbri mense, vel in principio Consulatus Drusi Cæsaris, & Caij Norbani mense Ianuarij, vel Februarij. Ita verò nos computamus iis freti, quæ scripsit Suet. Natus est Caius Cæsar mense Augusto, & Romæ, eo tempore quo pater primò fuit Consul: Germanicus igitur nisi peracto mense se in Germaniam non contulit. Hoc idcirco dico, quia cum is in Germaniam accessit, vxor etiam vnà iter arripuit, ac paulo post seditio nata est in exercitu. Mortuus est Augustus Augusto mense Sexto Pompeio, & Sexto Apuleio Consulibus. Inter Germanici & Pompeij, Apuleijq; Consulatum, alius Cōsulatus intercessit, qui fuit Lucij Planci, & Caij Silij. Inter eum igitur Augustum mensem, quo natus est Caius, & quo mortuus est Augustus, duo anni intercesserunt; sub quorum finem cum Germaniæ exercitus descivisset, Agrippinaq; esset gravida, sequentiq; hyeme peperisset, uti dictum est in Treuiris, cōcepit vel sub finem Consulatus Pompeij vel in principio Drusi. Quod esset Agrippinæ partus hoc nos, ut arbitremur, adducere potest, quod ubi de matris Agrippinæ fuga scripsit Tacitus, eam Caium paruulum secum abstulisse scribit, neque alium nominat infantem: cui rei vel id argumento esse posset, quæ post mares natæ sunt, quorum vltimus fuit Caius. Ex his colligi posset filiam Agrippinā ætate maiore in Treuiris natam fuisse, atq; aræ inscriptionem, cuius mentionem fecit Plin. magis illi, quàm Drusillæ, conuenire. Verùm res huiusmodi ita tenebris inuolutæ ob temporis distantiam, ut verum perquirere res maximi, & infiniti propè sit laboris: atq; hæc pauca ego percurere volui, ut obscuritatem viri studiosi magis intelligerent.

Quod attinet ad illius nomen, eam variis nominibus appellatā fuisse sentio, quandoquidem Tacitus in vno tantum loco Iuliam Agrippinam nominat, idq; in principio libri duodecimi: & Dion libro quinquagesimo septimo, semel, ac nusquam amplius Aegyptiam vocauit. reliqui verò scriptores oēs eam Agrippinā vocāt simpliciter sine alio prænomine, vel cognomine.

Primum illius matrimonium fuit cum Pasiēno Crispo qui bis consula-

tum



tum gesserat, fueratq; orator; de quo mentionē fecit Plinius libro Naturalis historię decimo sexto, & Suetonius in Nerone. postea à Tiberio suo auunculo Cneo Domitio Aeneobarbo in matrimonium data est, qui antiquissimæ nobilitatis erat & affinis Imperatorum ob cōsanguinitatem: quoniam Octauia illius fuit auia, per quam Augustus eius erat auunculus, vti narrat Tacitus sub finem libri quarti, nosq; demonstrauius in lineamentis in nostra Genealogiarum Cæsarum, successioumq; Romanarū familiarum tabula; cum quo vnum tantum filium genuit Domitium Neronem nominatum. Verum post Tiberij mortem cum is ex Vrbe exiisset vt tumultus eos deuitaret, Pyrgis in Thuscis oppido cōmoratur, decessitq; ibi morbo aquæ intercutis, vti Suetonius tradit in Nerone. Ser. Galbæ matrimoniū tentauit, qui Lepida erat orbatus iuxta Suetonij sententiam in ipsius Galbæ vita, quo tempore cum Caius eius frater ad summam rerum euasisset, cum eo concubuit per aliquod tempus, à quo suis catamitis postea conceditur, qui ea potirentur. Præterea cum illius imago in aduersa parte numismatum Caij impressa fuisset in Deæ Constantiæ formā, vnā cum Drusillæ, Liuiæq; imagine, omnesq; eos honores obtinisset quos viuæ sorores aliæ sunt consecutæ, illi tandem molesta visa est ac odio digna, vtpote adultera, & Aemilij Lepidi coniurationis conscia: quæ etiam condemnata, fuit in Pontias Insulas relegata, eius bonis in publicū redactis, cū prius illi imperasset Caius, vt in vrna plena aquæ inclusa Lepidi ossa Romā in gremio asportaret: quod à Dione scribitur libro quinquagesimo octauo.

Verum paulò post defuncto Caio, à Tiberio Claudio eius patruo Imperatore in patriam reuocatur, omniaque bona recipit. Ac subinde Messalina vxore à Claudio interfecta, libertis Claudij studentibus vt nouam illi sponfam inuenirent, illecebris illius, ac per ius osculi vtpote neptis pellecto in amorem Principe patris sui Germanici fratre eum subornauit, Pallantisque liberti intercessione adiuncta, Paulinæ Lollia, Eliæq; Petiniæ studio, contentioneq; superior, quæ & antea eius fuerat vxor, vt inter patruum, ac neptem nuptiæ celebrarentur obtinuit, cum primum tamē rogata lex esset in Senatu, ut matrimonia huiusmodi patruorum, ac neptium legitima iudicarentur, quæ ad id tempus incesta habebantur: neque tamen præter libertinū quendam, & alterum primipilarem eius facinoris imitatores inuenerunt, quorum officium nuptiarum, & ipsa cum Claudio celebravit.


Cum ad Imperatoriam dignitatem hæc ascendisset, eas vias paulatim aggredditur, quibus etiam filius perduceretur: atq; Octauia Claudij filiæ per falsas calumnias nuptiis cū Lucio Sillano solutis, eam Neroni filio in uxorem

## IVLIA AGRIPPINA AVG.

rcm dedit. Neq: multum sanè temporis spatium intercessit cum Pallante intercedente Nero per adoptionem in Claudiorū familiam accipitur, illiq; Augustæ nomen inditur, ut ait Tacitus libro duodecimo. tum multifariam illius imago in argenteis numismatibus insculpitur, & in Deæ Cereris formam, cum huiusmodi inscriptione; AGRIPPINAE AVGVSTAE.

Effigies

# IULIA AGRIPPINA AVG.



## IULIA AGRIPPINA AVG.

EFFIGIES CLAVDII  
NUMISMA PRIMVM.

ERVM in parte aduersa ipforum numismatum Claudij  
ipfius impressa est imago cum his literis circum: TI.  
CLAVD. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR.  
P. P. P.

SIMVLACRVM VENERIS  
NUMISMA II.

Hic idem Claudius Octauiae filiae beneuolentia permotus, atque Agrippinae facinore, quod ei praclarum videbatur, quod ei idoneum maritum coniugasset, quod hoc maximum amoris argumentum existimabat, quodque ea pro suis viribus ut Princeps Reipublicae procrearetur procurasset, in alijs argenteis numismatibus eam imprimendam curauit: quorum in aduersa parte Deae Cereris simulacrum dextra hastam laeuaque pomum ostentans conspicitur, quandoquidem id signum est eius, quo à Paride Phrygio donata est, cum eam reliquas Deas forma antecellere pronuntiauit in iudicio; quin etiam ipsum est Veneris sydus, quod maritorum coniugumque animos mutuo amore coniungere consuevit, cum his circum literis;  
VENVS CAELESTIS.

SIMVLACRVM CONCORDIAE  
NUMISMA III.

ET quoniam ea semper ferè est consuetudo, ut inter nouas nuptias primis temporibus concordia reperiatur, cum horum animi etiam forent coniuncti, conflatur hoc argenteum numisma cum huiusce Deae imagine, quae dextera tenet pateram, laeuaque cornucopiae, ut illud interim significaretur, quod literis mandauit Salustius; Concordia paruae res crescunt, discordia maxime dilabuntur. quamobrem cum de hac loqueretur libro primo Carminum Horatius ita inquit:

Faelices ter & amplius,  
Quos irrupta tenet copula: nec malis

Diuulsus

Diuulsus querimonijs

Suprema citius soluet amor die.

Hæc verò sedens effingitur, vt declaretur eam ad extremum vsque diem firmam esse oportere. Huc accedit quòd illi Carpentum per solemnia festa vti, ex Senatus consulto concessum est; ut sub finem libri quinquagesimi octaui tradit Dion.

His dictis honoribus functa, vt sibi tanquam viro seruiretur instituit, seueritateque publice utebatur, aureum paludamentum gestabat, quo sacerdotes antiquitus vti consueuerunt; quo induta & Capitolium ascendit, & ad spectacula accedere solebat. Affirmat Plinius præterea libro trigesimo tertio, se in procinctu naualis prælij eam apud Claudium sedentem, vesteque auro absque alia materia intertextam indutam vidisse. Memoriam prodidit Tacitus, quòd cum Britannorum Rex Carattaccus prælio victus, ad Imperatoris præsentiam vinctus deductus esset, Agrippina paulum seorsum à marito in sede sublimi confidebat, cumque omnium admiratione Romanis cohortibus era præfecta: atque ipsa dicere consueuerat, quòd à suis maioribus sociata facta fuisset Imperii. Præfectos Prætorianorum cohortim ex officio deposuit, aliosque suffecit prout sibi videbatur, at eadem ratione res etiam publicas administrabat, ita vt iis darentur magistratus atque officia, quibus ea uolisset, quæ & autor extitit, vt Annius Seneca ab exilio reuocaretur, Præturamque adeptus fuerit. Scripsit tamè Plinius libro trigesimo quinto, Senatum suo edicto Prætoriam ornamenta Claudii libertis concessisse. Verum quod maxima est admiratione dignum, ea sua astutia omnem prorsus amorem, beneuolentiam, studium, & gratiam Imperatoris filio ademit, suoque Neroni potentiam, ac auctoritatem addidit, cum diceret contemni adoptionem ab amicis, & ab iis qui Britannici partibus studebant. quamobrem cum curauisset vt in Britannici educatores animaduertetur, id obtinuit, vt pro suo arbitrio custodias illi statueret, atque illud accidit, quòd per prouerbum efferi solet, feli lardum credere; quandoquidem ita negletus fuit adolescens, vt uel à suis ipsius seruis paruifieret. Pro suis his uiribus odia etiam immanitatemque in omnes exercuit; nam cum prius Sillani Octauiae mariti cædis causa extitisset, effecissetque vt Claudii liberti, qui in obtinendis Imperatoriis nuptiis repugnarant, de medio tollerentur, curauit etiam vt Lollia Paulina hac ipsa de causa exiliu pateretur, & occideretur denique; cuius caput cum ad se allatum esset neque cognitum, os suis manibus aperuit, ut dentes inspiceret. Curauit necandas etiam alias matronas, inter quas Calpurniam nobilissimam: neque alia sanè de causa, quam quòd eam Claudius aliquando

v t

IVLIA AGRIPPINA AVG.

vt formosam mulierem laudasset. Quin etiam leuissimis de causis Domitiam Lepidam consobrinam suam, Neronisq; amitam occidi iussit, cum eā tanquā Magicæ artis studiosam accusasset. Tum Iunio Syllano superioris Syllani fratri Asiæ Proconsuli uenenum dandum curauit: atque Iosephus libro Antiquitatum vigesimo, illius iussu Messalinam interfectā fuisse memoriæ prodidit, ob Zelotypiam, quam ex ea conceperat.

Cum timeret hæc igitur ne ob crudelia sua facinora fortuna mutaretur, idemque sibi contingeret, quod & cæteris Claudii vxoribus euenerat, Britanicusue hæres Imperii institueretur, hoc etiā scelus cæteris addēdū cēsuit, vt Imperatoris mortē acceleraret, idq; tāto maiori studio, quod eū senserat nō adoptionis solū, sed matrimonii etiā pœnituisse, quod clam eū iratū aliquādo cōmemorantibus libertis ac laudātibus cognitionē, qua pridie quandam adulterii reā condēnauerat, sibi quoq; in fatis esse iactare audiuerat, oīa impudica, sed nō impunita matrimonia. Quodq; is constituisset ut Britannicus togam uirilem sumeret, cuius rei argumētum uidebatur, quia illi factus obuius, eum arctissimè complexus est, ac hortatus ut cresceret, rationēque à se omnium factorum acciperet. Nulla res tamen magis eam ad id efficiendum inflammauit, quàm quod multorum criminum accusata fuerat, Claudiusque testamentum condiderat, per quod instituerat hæredem Britannicum. Agrippina igitur priusquam aliquid præterea is moliretur, per peritissimam uenenariorum magistram Locustam nomine egit, perque Alotum Spadonem cubiculariū, vt daretur ei uenenum in boletis Xenophonte etiam medico adiuuante. Post illius mortem ea Liuiæ Augustæ æmula esse voluit eos illi omnes honores concedendo, quos illa tribuerat Augusto, cū in Deorum numerum eum retulerit. Inde duo nata sunt dicteria, quod boleti Deorum essent cibi, (cum Claudius per boletos fungos extinctus, dein relatus sit innumerum deorum) & quod in cœlū pater unco sit correptus.

Imperio ita ad Neronem translato, hæc minus quàm antea tolerabilis esse cœpit, neque se ab omnibus timeri solum voluit, uerum etiam filium minis territabat, omniaque tanquā Imperator administrabat, ita ut OPTIMAE MATRIS tesserę darentur Tribunis. Ausa est præterea legationibus ex Armenia ad Neronem rogandum quadam de causa accedentibus Imperatorium subsellium conscendere, ac ius dicere; idque fecisset, nisi Nero pietate, reuerentiāq; simulata assurrexisset, illiq; tanquam matri occurrisset à Seneca, cæterisq; amicis admonitus.

Neronis

NERONIS AGRIPPINAEQVE IMAGO  
NUMISMA IIII.

IMPRESSAE fuerunt complures aureæ monetæ Neronis Agrippinæq; nomine hoc tempore, inter quas vnum conspicitur genus, cuius in altero latere corona est. circa duas imagines huiusmodi extat inscriptio; AGRIPPA AVG. DIVI CLAVD. NERON. MATER. qua in re animadvertendum est quòd Agrippinæ nomen ita etiam scribebatur; AGRIPPA, absq; duabus penultimis literis. Nomen AVG. in Agrippinam, nõ autem in Claudium refertur; siquidem vbi periisset Imperator, relatusq; fuisset in deorum numerum, non amplius Augustus, sed Diuus appellabatur, tantò digniore hoc nomine existente, quantò præstabilius est Deum esse, quam hominem. Sic Diuus Iulius, non autem Iulius Cæsar: Diuus Augustus, non autem Cæsar Augustus: Diuus Vespasianus, non autem Vespasianus Augustus; ita etiam Diuus Claudius, at non amplius Claudius Augustus. Atq; obseruatum est reliquos omnes diuos dictos fuisse solo proprio nomine adiuncto, quamobrè legendum est AGRIPPA, id est Agrippina AVGVSTA DIVI VXOR scilicet, quòd Diui vxorem aliàs significabat. Hęc ita scribendi consuetudo non apud Romanos solum, verum etiam penes Græcos extitit. Ita verò Octavianus etiam priusquã Augustus foret nuncupatus, Cæsar Diui filius scribere consueuerat, sicuti marmoreæ inscriptiones testantur, omniaq; numismata ab eo conflata, atq; Iulij Cæsaris filius intelligebatur. Claudij nomen quod in inscriptione subsequens est, in Neronem potius, quam in Claudium referri debet; quoniam Nero ipse in Claudiorum familiam receptus adoptantis patris nomen accepit, Claudiusq; dictus fuit, sicuti Caius Cæsar infanti Neroni vaticinatus fuerat, cum rogante eum Agrippina, vt nomē, quod sibi videretur, imponeret, ipse ad Claudium suum patrum conuersus dixit per iocum quod ex ipso nomen tribueret, vt asserit in vita Caij Suet. Adoptatus fuit Caio Antistio, Marcoq; Suilio Coss. qua de re scribit Suet. in Claudio.

„ E generis Neronem adoptauit. & in alio loco. Adsciturus in nomen familiæ  
 „ Neronem, quasi parum reprehenderetur, quòd adulto iam filio priuignum adoptaret, identidem diuulgauit, neminem tanquam per adoptionem familiæ Claudix insertum: & Tacitus libro duodecimo ait; Cæterum actæ principi grates exquisitiore in Domitium adulatione. Rogataq;  
 „ lex, qua in familiam & nomen Neronis transfiret. Augetur & Agrippina cognomento Augustæ. Atq; cum Augusti nomen ita scriptum reperiatur; Cæsar Diui filius, intelligebanturque Cæsar Diui Iuli Cæsaris filius: ita & hic Claudius Diui Claudij filius intelligeretur. quanquam non ita planè sit explicatum, cum antiqua ita scribendi consuetudo extiterit.

N

Corona

C O R O N A C I V I C A  
N U M I S M A V.

CORONA ex frondibus Quercus composita superioris numismatis est pars aduersa, quæ corona Senatus cōsulto ex instituto illi dicata atq; appensa fuit primo sui Imperij anno supra Palatij portā, in quo habitabant Imperatores, quæ Palatia idcirco dicebatur. Affigebatur hæc præterea in Capitolio supra templi Iouis Opt. Max. portam, quæ quot annis Cal. Ianuarij renouari solebat, vt commodius alibi explicabitur in nostro de aduersis partibus numismatum Cæsarum quodam libello, qui breui à nobis edetur in lucem. Hæc corona Ciuica etiam nuncupatur: quæ minime idcirco Imperatori concedebatur, quod aliquem ciuem Romanum seruasset in bello, sicuti ante significabat, verum quia totam seruasset Rempu. atque hoc quoddam erat adulationis genus, quo demonstrare volebant, Imperatorem optimum omnibus Romanis ciuibus salutē, incolumitatemq; apportare. Fuit Augusto antea hæc cum inscriptione dicata, qua declarabatur eum non Rempu. solum Romanam, sed vniuersum hominum genus seruasse, sicuti testatur Plinius in eo capite vbi agitur de Coronis; et duo antiqua etiam ex argento Augusti numismata à me conspecta, declarant. Supradicta igitur de causa Ciuica corona in Neronis noui Imperatoris honorem affixa fuit, eademq; in aurea moneta impressa, vt literæ ipsæ testantur; IMP. NERONI CLAUD. DIVI F. Imperatori scilicet, Neroni Claudio Diui filio. Reliquæ literæ non ita sunt impressæ, vt legi aut comprehendere possint; Hoc numisma est penes Achillem Maffium.

C V R R V S E L E P H A N T O R V M,  
N U M I S M A V I.

INITIVM à Diuo Augusto ea consuetudo accepit, vt maiorum memoria in ludis, pompisq; Circensibus curru Elephatorum decoraretur: si quidem à Tiberio, Liuiaq; Augusti coniuge post ipsius mortem primum id extractum fuit, super quo eius statua aurea visebatur, quæ vnà cum reliquis sacris per diem festum circa Maximum circum ducebatur, quod vehiculum in numismate quodam æreo vnciali conspicitur ad ipsius Diui memoriam conflato. Neque illi sanè absimile à Claudio Liuiæ Augustæ eius auix, sicut narrat Suetonius in vita ipsius Claudij. Caius Cæsar Caligula horum exemplo aliud in Drusillæ fororis extinctæ memoriam cum statua, in Hippodromo introducendum curauit: atq; ex hoc numismate, quod aureū est pariter cum



## IULIA AGRIPPINA AVG.

cum Claudij effigie in altera parte, facile coniectare licet, Neronem in Diui Claudij patris sui honorem iussisse vt aliud conficeretur: quandoquidem Neronis mater æmulatione quadam Liuiam imitari uoluit in defuncto marito honoribus afficiendo. Nisi tamen nos Neronem Agrippinamq; credamus ob maiorem fastum minime curasse vt ipsi ferrentur: quod sanè facile accidisse potuit, tanta fuit eorum animorum elatio, quò ipsos sublimis fortunæ magnificètia prouehebat. Hoc ex iis literis facile mihi persuadeo, quæ circa numisma leguntur; AVG. DIVI CLAUD. NERONIS CAESAR. Augusti Diui scilicet, cum prima hæc pars in Agrippinam referatur, quod vxorè significat Diui Claudij, CLAUD. NERONIS CAESAR. hanc aliã partem in Neronem referendam censeo, quæ Claudij Neronis Cæsaris significat; scriptum fuisset in eo numismate CAESARIS, verùm non satis est spatij in antiqua moneta, quandoquidem literæ maxime inter se sunt propinquæ, elephantorumq; capita attingunt: atq; ob loci ipsius angustias necesse fuit artificij R. cum A. literã coniungere, nisi animalium capita offendere maluisset. Verum vtra harum rationum Neronem, Agrippinamque ad imprimendum vehiculum in numismate compulerit, nulla certa sunt argumenta. Sceptrum illud, quod figura dextera sustinet, erat magistratum in signe, prouinciarumq; Præfectorum, quod etiam triumphantes Imperatores manu gestare consueuerunt, dum super triumphali curru veherentur. Mentionem fecit huiusce sceptri Diuus Isidorus in libro Etymologiarum decimo octauo, his verbis vbi de triumphis loquitur. Scipionem cum sceptro in manu gerebant ad imitationem victoriæ Scipionis, licet & Scipio baculus sit quo homines innituntur, vnde & ille primus Cornelius Scipio appellatus est, quia in foro pater eius cæcus innixus eo ambulabat. Super autem Aquila superfedebat ob indicium, quod per victoriam quasi ad supernam magnitudinem accederet; Inde & colore rufo perlineabantur, quasi imitarentur diuini ignis effigiem.

## NERONIS ET AGRIPPINAE IMAGINES

## NUMISMA VII.

NUMISMA alterum extat cum duobus capitibus, atq; cū inscriptione; CAES. AVG. GERM. IMP. TR. P. COS. PROG. id est, Cæsar Augustus Germanicus Imperator Tribunitia potestate Consul (hic tantum corrosi spatij relinquitur, quantum duas literas capit) Proconsul. Sumpsit virilem togam Nero anno sequenti post adoptionem, Claudio quintum, Ser-

N 2                   gioq;

## IULIA AGRIPPINA AVG.

gioq; Cornelio Orfito Consulibus: illiq; concessum est vt vigesimo ætatis  
 suæ anno Consulatum obtinere posset, cum decimum quartum tunc ageret.  
 Verum interim Proconsulare Imperium extra Urbem illi designatur vti Cæ-  
 sares habebant, Iuuentutisq; Princeps est appellatus, de quo ita scripsit Ta-  
 „ citus libro duodecimo; Ti. Claudio quintum, Ser. Cornelio Orfito Coss.  
 „ virili toga Neroni maturata, quo capescendæ Reip. habilis videretur. Et Cæ-  
 „ sar adulationibus Senatus celsit, vt vicesimo ætatis anno Cōsulatum iniret:  
 „ atque interim designatur Proconsulare Imperium extra Urbem haberet ac  
 „ Princeps iuuentutis appellaretur. Additum nomine eius donatium militi,  
 „ Congiarium plebi, & ludicro Circensium, quod acquirendis vulgi studiis  
 „ edebatur, Britannicus in Prætecta, Nero triumphaliū veste transfuecti sunt.  
 Sed neque illud sanè prætermittere volui, quòd duæ imagines quæ superfi-  
 dent vehiculo fortasse Neronis triumphantis, & Britannici prætextati, erāt:  
 quod per ipsum sceptrum demonstratur, atque transfuecti in Ludis Circensi-  
 „ bus, sicuti ex superioribus Taciti verbis elici potest; Et ludicro Circensium,  
 „ quod acquirendis vulgi studiis edebatur, Britannicus in prætexta, Nero triū-  
 „ phalium veste transfuecti sunt. Tertio post anno defuncto Claudio, Neronē  
 neque annum decimum septimum agēte, nisi fallitur Tacitus libro decimo  
 tertio, hæc ipsa moneta impressa fuit; cuius habui exemplar ex aurea antiqua  
 ab amplissimo Francisco Medices Florētina Iuuetutis Principe: cuius pars  
 auersa sequens est vehiculum ab Elephantis tractum cum duabus statuis, de  
 quibus satis superius.

Exorta est interim similtas inter matrem, & filium, quia paulò asperiorē  
 se præbebat Neroni Agrippina, cum omnia, quæ diceret, vel faceret, obiur-  
 garet, Senatusq; actibus aduersaretur. Necessè fuit idcirco statuerent patres,  
 qui in Palatiū ob id vocabantur, hoc p̄mittēte Cæsare, vt astaret abditis à ter-  
 go foribus velo discreta, quod visum arceret, aditus nō adimeret. His rebus  
 ita commoueri se simulauit Nero, vt quò eam populo inuisam faceret, di-  
 cere solitus sit, se eius gratia Imperij administrationem esse depositurum,  
 Rhodumque abiturum Enimuerò omnem prorsus autoritatem illi breui  
 ademit, omniq; potestate, & honore priuauit, semotisq; Germanis custodi-  
 bus, quos salutis suæ gratia circūhabebat (vt pote quæ tanquā Imperatoris  
 vxor semper septa fuerit, sepireturq; custodiis) eam cōtubernio quoq; ac pa-  
 latio fugauit, in domumq; Antonia suæ auia dimisit, omnibus quibus pos-  
 set, sciretque rationibus illi molestias inferens. Cū interea accusata fuif-  
 set Agrippina, quòd contra Neronem moliretur, ita orationis ipsius astutia,  
 caliditasq; ualuit, vt ea absoluta, accusatoresq; condemnati fuerint. Verum  
 quoniam

## IVLIA AGRIPPINA AVG.

quoniam mulier esset natura iracunda, contumax, & ferox, Neroni semper minans, blandiensque Britannico, cum diceret se ita facturam, ut ad quem iure optimo perueniret, daretur Imperium, eaque de causa vndeunque poterat cumulans pecuniam, aurum, & argentum, Tribunos, Centuriones, Romanosque patritios demulcens, tantum illi terroris incussit, ut quavis ratione eam de medio tollere conatus fuerit. Et cum veneno ter tentasset, sentiretque antidotis praemunitam, neque ferro viam tutam arbitraretur, lacunaria, quae noctu super dormientem, laxata machina deciderent, parauit. Verum cum hoc consilium per conscios parum caelatum esset, solutilemque nauem, cuius naufragio, vel tecti camerae ruina multo plumbo omnes perirent, qui essent cum ea, Aniceto eius liberto, Classis apud Misenum Praefecto, & pueritiae eius educatore consulente, commentus est: atque ita reconciliatione simulata, iucundissimis literis Baias euocauit ad solemnia Quinquatrium simul celebranda, ubi eo tempore esse illi contigerat: datoque negotio trierarchis, qui liburnicam, qua aduecta erat, uelut fortuito concursu, confringerent, eam ut expectaret protraxit conuiuium. Repetentique Baulos in locum corrupti nauigij dolosum illud obtulit, hilariter etiam profecutus in digressu papillas exosculatur. Scribit Tacitus libro decimo quarto quod cum ea insidias cognouisset, ab Antio, ubi tunc erat, Baias in lectica iter habuit: Sed quo modo res se habeat, nauim ornatissimam, munitissimamque conscendit, tanquam id quoque honori matris daretur, prorogataque coena in bonam noctis partem inter suauissimos sermones, aegre discessit ab ea Nero simulatis lachrymis, haec nauis uecta est. Neque multum sane itineris spatium traiecerat cum dato signo loci operimentum ob magnum plumbi pondus corruit, quod cum nulla ex parte eam vitae periculo offendisset, cum minime super eam collapsum esset, nauis in alteram partem inclinata, & submersa est. Haec cum esset ignota, quanquam uulnus in humerum ceperat, ita natauit, ut nonnullorum Lucrinorum beneficio ad suam villam peruenerit. Cum filij insidias hic persensisset, vulnerique medicamenta adhiberet, Neronem per Lucium Agerinum libertum facit certiore benignitate Deum, & fortuna eius euasisse grauem casum. tum pauore exanimatus Nero, & iamque affore obtestans vindictam, vel futurum enim ut ea seruitia armaret, vel accenderet militem, vel facinus ad Senatum deferret, inops consilii, neque quid sibi agendum foret animo complectens Agerinum coniecit in vincula, gladiumque intra pedes eius abiicit, eumque ab Agrippina missum simulauit ut Neronem interficeret. Mandauit praeterea Aniceto ut mater clam obtruncaretur, rumorque dissiparetur, quod ea deprehensi sceleris pudore sibi manu intulisset:

## IVLIA AGRIPPINA AVG.

intulisset: ne de ea re quæstio fieret. Anicetus Trierarchus igitur villam statione circumdat, refractis foribus ad cubiculum penetrat nonnullis seruis repulsis, qui resistere conabatur. Seruabant, cubiculi aditum pauci homines, cum alij forent deterriti militum ostia frangentium strepitu. cubiculo inerat exiguum lumen, vnaq; ancilla cū Agrippina cogitabūda, ac mœsta, quoniam nondum reuertisset Agerinus, quem ad Neronem miserat: neq; quifquam accesserat ab eo missus. Verum cum strepitum percepisset, vitæ suæ finem aduentasse rata est, quæ cum à serua etiam desereretur, & tu me deseris? ait. Ingressus est cum militibus interea Anicetus, quibus dixit Agrippina; si mei visendæ gratia huc accessistis, me valere filio significate: sin occidendæ; hoc minime ex eius sententia crediderim. Milites thorum circumfistūt, primusque Trierarchus fuste caput eius percussit: tum Centurioni districto ense eam vulneraturo vterum protendens, eum ferendum esse exclamauit, quoniam monstrum huiusmodi gestasset: quæ cum lachrimaretur multis vulneribus conficitur. Scribit Suet. post eius mortem Neronem ad eam visendam accessisse, omniaq; eius membra tractasse, quorum formam nonnullorum laudabat, quædam carpebat, ac libidine quasi commotus, ait; Nesciebam me tam pulchram matrem habere: atque bibit etiam cū id faceret. Eadem nocte concremata est: neque dum rebus potiretur Nero humo clausa est; verum post ipsum à suis familiaribus lenem tumulum consequitur propter Miseni viam, Cæsarisque Dictatoris villam, quæ loca mare finitima pertingit. Accēso rogo eius libertus Mnester nomine, ferro sibi mortem cōsciuit, neque certum est dominæ amore, an timore exitij id fecerit. Multis antea annis Agrippinæ consulenti super Nerone nuntiatū fuisse aiunt à Chaldæis, quòd genus id mortis esset perpeffura, eam verò minime fuisse sollicitam, quæ subsanans etiam dicere solebat; OCCIDAT, DVM IMPERET. Perspicuum est sanè eam imperādi cupidissimā fuisse, qua etiam spe allecta cum adhuc esset teneræ ætatis cum Lepido stuprum admisit. Quin etiam (à quo vel feræ naturæ instinctu abstinere solent) cōcubuit cum filio, quòd eum ita delinire sperabat, vt sibi obtemperaret: Verum Dei Opt. Max. æquitas pro humanis operibus merita præmia deniq; tribuit. Sunt tamē qui Neronem id ex matre cooptasse inquam, qui Actis libertæ postea astutia Seneca propulsante à re deturbatus est. Memorix prodidit Suet. ab Agrippinæ obtrektoribus ipsi dissuasum fuisse, quippe, qui vereretur ne nimium hoc genere gratiæ posset apud Imperatorem, isq; illi obsequi cogeretur, quoniā ferocem, superbam, auarā, & intolerabilem, ac prorsus nimium potentē fœminam cognosceret. atque Neronis animus clare sanè patefactus fuit, postquam

## IULIA AGRIPPINA AVG.

quam quandam meretricē, quam fama erat Agrippinæ esse simillimā, inter concubinas receperat. Olim etiam cum simul in lectica veherentur, Neronem ex desiderio materni concubitus turbatum fuisse, ac maculis vestis proditum, affirmant, atque inter alios Sextus Aurelius asserit, Neronem stupro matrem contaminasse. Post cædem, huiusce malæ suæ ac nimie imperandi cupidinis à Nerone accusata fuit in Senatu, cum diceret eam Imperij sociam esse voluisse, ac regere, quam regi maluisse, eamq; in dedecus Senatus Populiq; Romani speravisse vt prætorianæ cohortes in eius verba iurent, periculaq; viris illustribus instruxisse, infensam militibus patribusq; & plebi fuisse, cum dissuafisset donatium & cōgiarium, tum quòd ipse uix coercere potuisset quo minus & nationes externas admitteret, vti volebat, continuò variis criminibus aggrauans matris inuidiā. His rationibus, hisq; calumniis auctore Burro (primis in adulatione Cæturionibus Tribunisq;, quasi discrimen improuisum & matris facinus Nero euafisset) cōmoti sunt Senatores, vt natalem eius diem inter nefastos referendū censuerint, in quibus nihil facere licebat: præterea vt supplicationes apud omnia puluinaria decernerentur, vtq; Quinquatria quibus apertæ essent insidiæ in Cæsarem, ludis annuis celebrarentur, vt aureum Mineruæ simulacrū in Curia, & iuxta Principis imago statueretur, tum alia etiam complura in eius vituperium decreta fuerunt, sicut refert Tacitus libro Annalium quartodecimo.

Scelere igitur à Cæsare perfecto, ipse sæpius in nocte exterrebatur, & tanquam ab armatæ facibus Agrippinæ specie agitabatur: atque reliquo noctis tempore modo per silentium defixus, sæpius pauore exurgens, & mentis inops lucem operiebatur, tanquam exitum allaturā, & in proxima Campaniæ ora creditum est, sonitū tubæ collibus circum editis, planctusq; tumulo matris ipsum audiuisse. Prodigia quoq; crebra & irrita mortis suæ intercessere, anguem enixa mulier, & alia in cōcubitu mariti fulmine exanimata est: iā sol repēte obscuratus, & tactæ de cælo quatuordecim vrbis regiões sunt.

Fuit mulier astuta, inuidiosa, crudelis, animo feroci, auara, superba, ac supra modum male imperandi cupida, odiosa, iniuriarum vltrix, ac scelerum magistra. Quod autem de ea dici potest honorificum, vrbana eius oratio fuit, eiusq; consuetudo iucunda, multaq; cum diligentia, tum elegantia vitam, fortunamq; Agrippinæ matris suæ descripsit, maximeq; studuit, vt quam honorificentissima & honesta esset eius familia, optimumq; virum filij sui magistrum instituit Annium Senecam. Aliena prorsus ab ingenio fuit materno, auitoq; & proavi, atque amitarum; sed Iuliæ auix maternæ persimilis, quandoquidem ambæ parum honestæ fuerunt, & impudentes.

Scribuntur


## IVLIA AGRIPPINA AVG.

Scribuntur hæc à Tacito libro duodecimo, tertiodécimo, & quartodécimo; libro quinquagesimo octavo à Dione, à Plut. in vita Galbæ, & à Suet. in Caio, Claudio, ac Nerone. Vnicum fuit exemplar ad hæc vsque tempora, quæ filia, soror, coniux, materq; Imperatorum fuerit: qua in re amplitudinẽ matris Simandri Aegyptiorum regis superavit, quæ filia, coniux, & mater Regum fuerat, quam obrẽ tribus coronis decorata pingitur ab Aegyptiis.

*[Faint, illegible text or markings, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]*

o

DIVA DRVSILLA







## DIVA DRUSILLA.



RITVR Drusilla ex Germanico Cæsare & Agrippina  
 Marci filia in Treuirorum regione anno circiter secundo  
 post natum Caium Caligulam eius fratrem, quare scripsit  
 Plinius, attestante etiam Suetonio in eiusdem vita, aram  
 olim fuisse in qua scriptum erat: OB AGRIPPINAE  
 PVERPERIVM, vbi soror altera eiusdem nominis edita est.

Hæc sicuti libro quinto declarauit Tacitus cum adoleuisset ad nuptialem  
 ætatem, nupsit à Tiberio auunculo Lucio Casio Longino Consulari, Ser.  
 Galba Lucioq; Sylla Consulibus; non tamen nupsit virgo, quoniam cum  
 educaretur vnà cum Caio fratre suo in Antonia auia suæ domo, ab ipso præ  
 textato adhuc stupratâ fuisse aiunt, cum ab Antonia in concubitu eius quon  
 dam deprehensa fuisset: à quo etiam mox Principe creato marito fuit abdu  
 cta, & pro vxore propalam habita. Literarum monumentis tradidit Dion li  
 bro quinquagesimo octauo ea Marco Lepido Caij ipsius exoleto, aliarumq;  
 duarum sororum amatori nupsisse, quarum vnaquæq; cõuiuio pleno infra  
 se vicissim ab illo collocabatur, vxore supra cubante. His Caio ita iubente  
 omnia Vestalium Virginum priuilegia dignitatesq; Senatus consulto con  
 cessa fuere, vnaq; cum eo profestis solemnibus in curru à quatuor equis can  
 didissimis tracto vehebantur, quod nusquam antea visum fuerat.

DIVA DRVSILLA



## DIVA DRUSILLA

TRIVM SORORVM CAII SIMVLACRA  
NUMISMA PRIMVM.


INTERIM conflata fuerūt numismata vncialia ex pulcher-  
rimo ære Corinthiaco misto, quorum in altera parte Caij  
Imperatoris caput laurea coronatum visebatur cū inscri-  
ptione huiusmodi; C. CAESAR AVG. PON. MAX.  
TR. POT. ex altera Drusillæ erat statua, aliarumq; foro-  
rum in Dearum formam expressæ. Agrippina scilicet in  
formam Constantiæ; Drusilla Concordiæ; Fortunæ Liuilla, quæ & eadem  
Iulia. Inualuit tunc consuetudo quædam, vt omni iuramento quod tunc iu-  
rarent Romani diceretur, neque me, neq; filios meos cariores habeo, quàm  
Cæsare & tres eius sorores habeã. Itaq; Consules cum quid deferrent ad Se-  
natum, in initio orationum suarum dicere solebant; quod faustum, fœlixq;  
sit Caio suisq; sororibus. Verum Drusilla præter cæteras ab eo maxime ama-  
batur: siquidem vel æger eam honorũ, atq; Imperij hæredem instituit. Ea-  
dem defuncta, quod in initio ipsius accidit Imperij, iustitium indixit: in quo  
risisse, lauisse, cœnasse cum parētibus, aut coniuge, liberis uē capitale fuit, ita  
vt plebeius quidam obierit nullo alio scelere, nisi quòd calidam aquã ea die  
vendidisset. Habita ab eius marito oratione ex vrbe instituto ludus qui  
Troia dicitur, circa illius sepulchrum celebratur, omnes honores illi con-  
cessi, qui antea Liuiæ Augustæ, in Deorum numerum relata Panthea voca-  
tur, eius imago aurea in Senatu deponitur, & in foro in tēplo Veneris statua  
pari magnitudine Deæ collocatur, altare illius numini extruitur, vbi huic  
soli sacrificaretur iis ipsis ceremoniis, quibus & Veneri sacrificabatur. Edi-  
ctum est præterea vt ciues, omnesq; Deorum auxilio pro salute indigētes ad  
eam verterentur, votiuasq; imagines consecrarent, haud aliter atq; nunc Di-  
uis miracula facientibus vouere cōsuecimus, quin etiam cum testarētur fœ-  
minæ, per Drusillæ nomen iurarent, atque in omnibus ciuitatibus diuinos  
honores consecuta est. Neq; puduit sanè Senatorem quendam Liuium Ge-  
minum nomine iurasse se illius vidisse animam in cœlum volantem, seq; in-  
ter Deos collocasse: sibi filiisq; internecionem imprecatus nisi vera diceret.  
Ob huiusmodi periurium prodigus Princeps viginti dragmarũ myriades  
illi dono dedit, quæ si ad nostram pecuniam referantur, viginti millia erunt  
coronatorum. Hæc ita instituta sunt à Caio Cæsare. Is vero cum magnum  
dolorem, quem ex illius morte perceperat, ferre non posset, repente ex Vrbe  
noctu

## D I V A D R U S I L L A

noctu proficiscitur, Campaniãq; penetrans Syracusas petiit, vbi nihil prorsus commoratus barba, capillisq; promissis Romam reuertit, vt natalem sororis celebraret, secumq; Drusillæ statuã asportauit, quæ super plauastro ab elephantis tracto inuecta fuit in Hippodromum in ludos ac spectacula, quæ per biduum Populo edidit; atq; primo eorum dierum præter equorum cursum cæsi sunt vrsi quingenti; altero totidem feræ ex Africa aduectæ; pluribusq; in locis dimicarunt gladiatores; conuiuia Populo edita, Senatoribus, eorumq; coniugibus munera, Senatoribus ipsis etiam conuiuia exhibētibus; atq; in eius honorem festum celebratum est Deę Cybeles simillimum. Neq; vnquam sanè postea vel Populo, vel militibus præsentibus aliqua de re magni ponderis verba fecit, quin per Drusillam deierauerit, cuius memoria vsque adeo illi grata fuit, vt cùm puella ex Cæsonia sua vxore nasceretur, eam nuncupauerit Drusillam. Cum postea tertio esset Cõsul, diesq; natalis Drusillæ aduentasset, institutum fuit, vt eadem in eius honorem fierēt, quæ Diui Augusti Causa consueuerant; atq; eius statua tunc in Orchestra fuit erecta. Reliquæ due sorores haud ita à Caio amabantur, quas minoris fecit, quippe cum vel exoletis suis illas aliquando prostituerit. Inde verò effectũ est, vt in Aemilii Lepidi accusatione, qui cõtra ipsum cõiurauerat, eas vt adulterij & infidiarum aduersus se conscias condemnauerit. Nec solum chirographa, omnium requisita fraude, ac stupro, diulgauit, sed & tres gladios, (duos scilicet, propter duas sorores Agrippinã & Liuiam, tertium verò propter Aemilium Lepidum,) in necem suam præparatos, Marti Vltori, addito elogio, cõsecrauit. Scribuntur hæc à Suetonio in vita Caij, & à Dione libro quinquagesimo octauo.




LIVILLA AGRIPPINAE FILIA.



LIVILLAE GERMANICI CAES.  
 FIL. TI. NEP. DIVI AVG. PRONEP.  
 C. CAESARIS AVG. SORORI OB.  
 SEQUENTI.

XXX





## LIVILLA AGRIPPINAE FILIA.



ASCITVR in Lesbo insula Liuilla Germanici Cæsaris filia, nouissimusque Agrippinæ partus Germanico ad res Orientis componendas proficiscente. Eius nomina varia extiterunt, siquidem Liuia, Liuilla, & Iulia dicebatur; Liuia tamen fuit præcipuum eius nomen; Liuilla blanditiarum gratia; Iulia ex Liuia Augusta, quæ Iulia atque dicta est, & ex Iuliorum familia, vt in eius vita conscripsimus. Suetonius in Claudio eam Liuiam nuncupauit; at in Caij vita, Liuillam. Dion libro quinquagesimo septimo & octauo ter Iuliam nominat. A Tacito libro secundo, & quinto Iulia dicitur, quæ tamen nomina eandem significant. quippe cum & Liuia Augusta Iulia diceretur; & Iulia Drusi filia à Suet. in eodem loco nuncupetur Liuia. Quibus ex rebus exploratum est omnes Liuias Iulias dictas fuisse, & omnes Iulias Liuias. Concessit itaq; Tiberius Imperator Liuillam post sorores alias Marco Vinitio Quartino in matrimonium, viro Consulari, quiq; tum ob eius virtutem, tum ob diuitias, plurimum poterat. de quo mentionem fecit Iosephus libro vigesimo nono Antiquitatum. Stuprauit eam Caius eius frater cum rerum potitus esset, quamobrem suo marito illam eripuit, domique concubinam habuit: neque tamen ex animo eam dilexit, quamuis eos illi honores concesserit, quos explicauimus in vita Drusillæ, ita vt in aduersis ærearum argentearum aurearumque monetarum partibus eius imaginem cum reliquis sororibus imprimendam curauerit, & in Deæ Fortunæ formã. Illam enim cinædis prædã reliquit, vt sicubi libuisset, rem haberent cum ea, atque adulterij deniq; condemnauit, & tanquam ab Aemilio Lepido in se factæ coniurationis consciam: ea de causa in insulam relegatur, vnde postea à Claudio Imperatore reuocatur, omniaq; bona illi restituta, quæ à fratre Caio erepta fuerunt, quanquã non multo tempore interposito ob Messalinæ odium adulterij accusata in exiliũ missa, & cæsa est, quod eam minimè vt Imperatricem coleret, ac adularetur: atque cum esset formosissima, zelotypia quadam correpta, quippe cum sæpius versaretur cū Claudio eius patruo, vt asserit Dion libro quinquagesimo octauo. Scribit tamen Suet. eam Claudij iussu extinctam esse nulla cognita causa, cui neque defensionis locum quidem concessit, qui lege cæteris dari consueuit.

P Iunia

IVNIA CLAVDIA CAII CAES.  
VXOR PRIMA.





IVNIA CLAVDIA CAII CAES.  
VXOR PRIMA.




IVNIA Claudia, Claudilla à Suetonio nuncupata Marci Syllani viri nobilissimi filia, quiq; plurimum posset gratia apud Tiberium, Caio Cæsari nupsit priusquam in Imperium assumptus esset, verûtamen breui prægnans naturæ cõcessit. Compulsus est eius pater à Caio Imperatore, vt sibi ipsi nouacula iugulum abscinderet, quoniã sæpissimè inaurata pecus nuncupabatur, falsoq; accusatus fuerat, quòd ad Imperium aspiraret, vt autor est Dion libro quinquagesimo octauo, Suetoniusq; in vita eiusdem Caij.

IVLIA HORESTILLA CAII CAESARIS  
VXOR SECUNDA.



HEV QVID PROSVNT  
IMPERIA?  
LIVIA ORES  
TILIA FVI  
C. CAESARIS  
AVG. CONIVX  
INFELICISSIMA.





IVLIA HORESTILLA CAII CAESARIS  
VXOR SECVNDA.

117



**N**VP SIT Caio Calpurnio Pisoni primùm Liuia Hore-  
stilla, quam Dion Corneliam Orestinam nominavit. ad  
cuius officium quum venisset Caius Cæsar, statim è con-  
uiuio in Palatium ad se deduci imperavit. Proximo die  
matrimonium sibi repertum exemplo Romuli, & Augu-  
sti edixisse, tradunt. intraq; paucos dies repudiatam, bien-  
nio post relegavit, quòd repetisse vsum prioris mariti tempore medio vide-  
batur; vt in Caij vita testatur Suet. Proditum est à Dione libro quinquage-  
simo octauo ambos in exilium missos, cum vereretur Caius ne redirent in  
amicitiam.

LOLLIA PAVLINA CAII CAESARIS  
VXOR TERTIA.




LOLLIA PAVLINA CAII CAESARIS  
 VXOR TERTIA.



LOLLIA Paulina ex Marco Lollio Consulari, & Lucij Volusij sorore nascitur, cuius patruus Cotta fuit Messala. Cū Caio Memmio Consulari exercitus prouinciæ regēti nupta esset, facta mentione auix eius, vt quondam pulcherri mæ, subito ex prouincia à Caio Cæsare euocatur, ac perductæ à marito ei cōiungitur, vt ait Suet. Eusebius tradit hanc ex matrimonio Memmij perductā fuisse à Caio Cæsare cū Memmius impulsus fuisset scribere vxorem suam non esse, sed sibi filiam, ne legibus repugnantibus eam videretur accepisse, in cuius domum magnas opes contulit. Scribit Plinius libro nono Naturalis historiæ capite se vidisse Lolliam Paulinam Caij Principis vxorem in sponsalium ceremoniarum cœna smaragdīs margaritisq; opertam alterno textu fulgētibus, toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, monilibus, digitisq;: nec dona prodigi Principis illa fuerāt, sed auitæ opes, prouinciarum scilicet spoliis partæ. Verum tamen cū eius quoque breui pertesum esset, illam repudiauit, cū sterilem esse diceret, prohibito cuiusquam in perpetuum coitu. Sed extincto Caio, cū post Messalinæ internecionem nouum matrimonium cuperet Claudius Imperator, à Calisto liberto illi in vxorem proponitur: neque tantū valuit tamen huius gratia, quo minus Agrippinæ Claudij ipsius neptis æmulatione vinceretur, à qua post modū accusata fuit, quòd magica arte, diuinationeq; Claudij nuptias expetisset, omnia eius bona idcirco in publicum redacta, ea ex Italia expellitur, nihilq; ex ingētibus ipsius opibus conceditur præter quingenta sextertia, ac breui à Tribuno quodam cæsa est, caputq; eius Romam Agrippinæ allatum, quæ vt inspiceret dentes, os manu aperuit, vti narrauit Tacitus libro duodecimo. Adeptus Imperiū postea Nero eius cineres Romam conferri iussit, mandauitq; vt sepulchrum extrueretur, vt asserit idem libro decimo quarto. Hoc ipsum bis intueri licet apud Dionem, & penes Suet. in Claudio.

Cæsonia

CAESONIA CAII CAESARIS VXOR IIII.  
ET VLTIMA.



CAESONIA CAII CAESARIS VXOR IIII.  
ET VLTIMA.




ILLONIA Cæsonia Pomponio Orfito patre, & Vestilia matre genita, à Cæso matris vtero cognomentum consecuta est, sicuti testatur Plinius libro historiarum septimo. Erat hæc mulier neque forma insignis, neque ætate integra, luxuriæ perditæ mulier, atq; conceperat ex alio viro tres filios, quam vbi C. Cæsar clam compressisset, statim atq; puellam concepit, quam Drusillam postea nominarunt, grauidam duxit vxorem; vt, sicuti is dicere consueuerat, intra triginta dierum spatium filium illi pareret: veluti scriptū reliquit Dion libro quinquagesimo octauo. ita ab ipso C. Cæsare hæc amabatur, vt vel eam secum duceret sæpius in castra, quæ chlamyde induta, peltataq; more Amazonum, & galeata conspecta fuerit, iuxta quam ipse Cæsar equitare consueuerat, quæ in militum omnium conspectum procedebat, at Cæsaris ipsius amicis vel nuda nonnunquam fuit ostensa: hoc ita literarum monumentis traditum est à Suet. Existimabatur hæc poculum amatoriuū Cæsari dedisse, vt illius animus in sui amorem facilè conuerteretur, illumq; veneficiis ad suum ipsius nutum compulisse creditur: quoniã is neque mente, neque corpore satis coualebat, quippe qui præter reliqua insani hominis facinora, vel sui ipsius numinis hanc vnà cum cæteris sacerdotē elegerit. Statim verò atq; C. Cæsar fuit interemptus, hæc etiam Cassij Chereæ iussu à Lupo centurione, dum iuxta mariti cadauer sanguine conspersa illius calamitatem defleret, occisa fuit, quoniam accusaretur quòd ipsius impulsu Cæsar tot cædes in ciuitate perpetrasset: quanquam non desunt qui hanc illum adhortatam fuisse potius dicant, vt ab ea sæuitia abstineret, ne ciuium animos ad se interficiendum compelleret, sed potius humanitate, & prudentia res publicas administraret. Nec defuerunt etiam qui dicant, eam coniurationē percepisse, illumq; admonuisse, non esse cunctādum, quin coniuratos aliquo beneficio sibi deuinciret, ac reconciliaret, cuius rei testis est Iosephus Antiquitatum libro decimo nono.

Q

Iulia

IULIA DRVSILLA CAESONIAE FILIA.





## IVLIA DRVSILLA CAESONIAE FILIA.



**N**ATA est Iulia Drusilla ex C. Cæsare Augusto, atq; ex Cæsonia vno ferè mense exacto postea quam Imperator Cæsoniam duxit vxorem. Hanc igitur natam Cæsar ad omnium deorum templa circumtulit, atque in Mineruæ gremio imposuit, eamq; deã precatus est, vt apud ipsam educaretur, & instrueretur. Neque alio sanè firmiore argumento hanc tuam esse filiam credidit, quam quòd maximè esset ferox, & iracunda: nam sæpius puerorum secum ludentium, & ora, & oculos infestis vnguibus petere solebat. Cum illisa fuisset parieti, & percussa vnà cum matre fuit interfecta, vti testatur Suet. in vita Caij Cæsaris.

Q 2

Aemilia

AE MILIA LEPIDA CLAVDII  
VXOR PRIMA.



XXXV




AE MILIA LEPIDA CLAVDII  
VXOR PRIMA.



OBILISSIMA fuit Aemiliorum familia inter Romanos; neque solum, quòd ab Aemilio Mamercò cognomētum accepit, qui ter fuit Dictator, plurimumq; ob suam singularem, & humanitatem & facundiam, non mediocriter populo erat gratus, vt testatur Alexander ab Alex. lib. primo; sed quia complures etiam viri insignes ex hac familia extiterunt, de quibus sæpius apud Ciceronē, Liuiumq; fit mentio, & apud Val. Max. libro tertio, atq; apud Plut. etiam in vitis. Ex hac familia fuit Aemilia Lepida, quippe quæ L. Aemilij Pauli Censoris fuit filia, atque Iuliæ Augusti neptis genita. Ducta fuit vxor à Tiberio Claudio, qui postea fuit Imperator, tunc sanè admodū adolescenti, quæ tamen virgo ab ipso repudiata fuit, cum illius pater coniurationem quandam in ipsum Augustum conflasset, materq; iuisset in exilium, quoniam Cæsarū familię splendorem, domumq; Augustam contaminasset, cuius rei testis est Suet. in Claudio.

LIVIA MEDVLLINA CLAVDII VXOR II.



## LIVIA MEDVLLINA CLAVDII VXOR II.



LIVIA Medullina Camilla etiam cognomēto dicta, quòd ex eius Camilli sanguini, qui Romanos à Gallorum furore liberauit, atq; eo beneficio, vt secundus Romulus, patriæq; conditor diceretur, meruit, qui etiam fuit Dictator, quaterq; triumphauerat, originem duxit. Successit Aemiliæ in Claudij matrimonium, cum priuatus adhuc is esset ciuis, & prætextatus: verum die nuptiis destinato valetudine correpta extinta est, vti asserit Suet. in vita Claudij.

Plautia

PLAVTIA HERCVLANILLA CLAVDII  
VXOR III.



PLAVTIA HERCVLANIELLA CLAVDII  
VXOR III.



629



**D**OST Medullinam, cum in priuata etiam viueret fortuna Claudius, ei nupsit Plautia Herculanilla, cuius pater triūphauerat: verum cum hæc illi Drusum, Claudiamque spuriam creditam peperisset, is ab ea diuertit, cum & minus honesta videretur, & ob libidinum probra maxime turpis; quippe quæ etiam ex quodam suo liberto Botere nomine in vtero gestare esset deprehensa, tum etiã quia magna erat suspicione quòd cuiusdam homicidij fuisset conscia; de qua scriptum reliquit Suet. vbi superius diximus.

R Claudia

CLAVDIA HERCVLANILLAE FILIA.





CLAVDIA HERCVLANILLAE FILIA.





CLAVDIA Tiberij Claudij, Herculaniillæque filia, verum  
vti fama est, Boteris eius liberti; & si vel quinque men-  
ses prius orta est, quàm mater huius adulterij causa repu-  
dium passa est; Claudij iussu ad matris ianuam exposita,  
& nuda obiecta est, vt autor est Suetonius in vita ipsius  
Claudij.

R 2

Aelia

AELIA PETINA CLAVDII VXOR IIII.





## AELIA PETINA CLAUDII VXOR IIII.



VIT Aelia Petina ex Tuberonum familia, vti in principio libri duodecimi scripsit Tacitus, nata est ex Consulari patre, nupsitque Claudio nondum Imperatori: quæ cum illi Antoniam peperisset vel ob minimas offensas repudium passa est, sicuti testatur Tranquillus in Claudij vita. Hæc postea occisa Messalina cū per Narcisum libertum Imperatoris Claudij matrimonium iterum peteret, in ea petitione ab Agrippina Claudij nepte victa, repulsam passa est. Nominatur hæc Petronia à Iosepho libro vigesimo Antiquitatum, qui quidem error est non mediocris, nisi corruptus sit locus.

Antonia

ANTONIA PETINAE CLAVDIIQUE  
IMPERATORIS FILIA.



235.



ANTONIA PETINAE CLAVDIIQVE  
IMPERATORIS FILIA.



X Claudio nondum Imperatore Aeliaq; Petina, nata est Antonia, desponsataq; primū Gn. Pompeio cognomento magno, qui ex magno Pompeio originē ducebat, postea Fausto Syllæ nupsit, vt autor est Suetonius, vel vt placuit Tacito, Cornelio Syllæ: quorum vterque fuit nobilissimus. Post mortem Poppeæ cum Neronis nuptias recusasset, illius mādato fuit occisa, cum is insidias ab ea Imperio tendi simulasset, quā rem scriptā reliquit libro duodecimo, decimo tertio, ac decimo quinto Tacitus: ac Suet. etiam in vita Claudij & Neronis. Claudius eius pater, sicuti ex illius nummo æreo semunciali penes nos intueri licet, Augustæ nomen illi indidit; quamuis minimè videatur nonnullis hæc esse filia imago, sed matris potius: cū nullæ prorsus sint literæ, quibus filia significetur. Enimvero imaginis illius Antoniaæ differentia adducor, quæ procul dubio Claudij fuit mater; vt ob huius faciem, & illius habitum credam hoc exemplum huius esse Antoniaæ effigiem: idque tantò magis, quantò vni trium capitū magis est similis: quæ sunt in Cornucopiae sequentis numismatis sculpti in hac tabula, quæ est à tergo.

Duo

ANTONIA PETINAE



DVO CORNVA COPIAE, TRIAQUE CAPITA  
NUMISMA PRIMVM.

X quinque filijs, quos habuit Claudius, Drusum scilicet, Claudiam, Antoniam, Octauiam, & Britannicum, trium vltimorum imagines statim, cum Imperium sortitus est, in ære imprimi, formarique iussit, qui tunc etiam pubescebant: ex aliis duobus, hic Drusus scilicet piro quodam necatus est, quod cum altè proiecisset, per iocum ore patienti captare studebat; at Claudiam minime suã filiam existimabat, sed spuriam, ex adulterioque natam, quam super matris limine iusserat exponi. Hoc numisma, sicuti literæ ipsæ patefaciunt, quæ circumscribuntur, minime Romæ fuit impressum (sic enim se habent literæ, COL. AA. P. quas ita legendas censeo; Colonia Augusta Patrensis) sed in publico Patrarũ ærario: sunt verò Patræ Achaia ciuitas, quæ capta fuit à Marco Agrippa per id tempus, quo bellum gestum est apud Actium ab Augusto in Marcum Antonium, vti testatur Paterculus in posteriore volumine, facta est deinde ab eodem Augusto Colonia, sicuti tradit Plin. libro Naturalis historiae quarto, cap. 4. quod etiam ex nummo quodam æreo ipsius Augusti intueri licet. Verum hoc planius fit ex antiqua quadam inscriptione inuenta in Grifalco Firmiano, quæ ita se habet; IMP. CAESAR AVGVSTVS PONTIFEX MAX. PATRENS COLONIAE DEDIT. Ea est Antonia imago, quæ in dextera parte sita est, in cornucopiae verò illa, quæ in sinistra collocatur, octauia, at quæ inter has conspicitur, Britannici: ita vt eorum temporum felicitas hoc pacto significetur, quæ sic ex Antonij Pij numismatibus innotescit.

Britannicus Antonia frater patris nomine, natus vigesimo die postea quã Claudius electus fuit Imperator (vt in ipsius Claudij vita asserit Suetonius) cum prius Claudius Tiberius Germanicus nominaretur, post deuictos Britannos ex patris ipsius cognomento dictus fuit Britannicus, vti memoriae prodidit Eusebius in Chronicis: quod quarto eius Imperij fuit anno, quem admodum Orosius, ac Dion libro quinquagesimo octauo affirmant. Hunc Nero postea veneno aggressus est, vtpote qui timeret ne populi gratia ob patris illius memoriam præualeret, de quo Suet. in Nerone & Tacitus. hoc numisma ex ære Corinthiaco extat Brixia apud Andream Aueroldum, quod quidem semunciale est, & ex altera parte Claudij ostendit imaginem.

S Statua

## ANTONIA PETINA

STATVA CLAVDII  
NUMISMA II.



IN posteriore numismatis parte vnà cum prædicta Antoniaë imagine, Claudij togata imago impressa est acerram tenens. quod effectum est ob ea fortasse sacrificia, quæ cum secundò nupsit, diis immortalibus obtulit; ita verò se habet inscriptio; TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. De toga sic literarum monumentis prodidit Diuus Isidorus libro decimo nono Etymologiarum. Toga dicta est, quòd velaméto sui corpus tegat, atque operiat: est autem pallium purum, forma rotunda, & fusiore, & quasi inundante sinu, & sub dextro veniens supra humerum sinistrum ponitur, cuius similitudinem in operimentis simulacrorum vel picturarum aspicimus, easq; statuas togatas vocamus. toga autem Romani in pace utebantur, belli verò tempore paludamentis. mensura togæ iustæ si sex vlnas habeat & c. De acerra in alio libro scribendum erit in Hyppomnematis numismatum Cæsarum loco præsentis opportuniore.

Valeria





VALERIA MESSALINA CLAUDII  
IMPERATORIS VXOR V.



VALERIA MESSALINA CLAUDII  
IMPERATORIS VXOR V.



ALERII, sicuti in libro de Breuitate vitæ testatur Seneca, Messani primum cognomento dicebantur, à deuiçta Messana ciuitate: post cum corruptum fuisset vocabulum Messali dicti sunt, ex quo nomine sicuti huiusce familiæ viri Valerij Messali nominati fuerunt, ita mulieres dictæ Messalinæ. ex hac familia extitit Valeria Messalina Barbati Messalæ Claudij Imperatoris consobrini filia. Hæc post Aeliam Petinam Claudij fuit vxor, cui duos filios peperit, alterum marem Britannicum, alteram fœminam Octauiam. Hæc cum esset Imperatoris vxor, omnium flagitiorum, ac scelerum singulare exemplum apparuit, quibus tamē vitiis nulla prorsus virtus commiscebatur: verum & libidine, & auaritia omnes mulieres, quæ & ante illam, & postea fuerunt, & ad nostra vsque tempora longe superauit. Quod ad auaritiam pertinet, ita vel sordidè cumulandæ pecuniæ studio detinebatur, quam in adulteros postea profunderet: vt si quid esset aliquis ab Imperatore impetraturus, velut aliquem consecuturus magistratum, vel legationem, vel alicui præesset exercitui, vel ciuis Romanus ascriberetur, vel capitis damnatus absolueretur, omnia facilè per pecuniam impetraret. ita verò depresso, sordidoq; fuit animo ob auaritiam, vt & se Imperatoris coniugem esse obliuisceretur, & vel vilissimum quodq; mercaturæ genus exerceret eorum, quæ in vrbe venderentur: quod etiam illi incredibile odium comparauit, quoniam omnia maiori precio vendebantur. & profectò quæ nam esset eius dignitatis persona, quæ eam artem se excere non sordidum arbitraretur; nisi tyrannus sit, aut ignobilis? Neque sanè minus conspicuum fuit sæuitiæ exemplar, quippe cum illustres fœminas, præstantissimosque viros vel leuissimis de causis interficiendos curauerit. Causa mortis fuit & Iuliæ Drusi filiæ ob zelotypiam, quia familiariter versaretur cum Claudio, vt pote eius neptis: & Iuliæ Germanici filiæ, quæ cum formosissima esset, à Marcoque Vinitio Quartino eius viro egregio amaretur, primū adulterij accusata in exilium missa est, postea etiam interfecta; ob quam accusationem exulauit etiam Anneus Seneca, Vinitius honestiss. iuuenis fuit interemptus, tum Syllanus, qui præfuerat Hispaniæ, eiusque matris Lepidæ maritus; quia mulieris huius libidini non patuerunt, de medio fuerunt sublati. Ita verò fuit immodesta, ac turpis, ut neque illi sufficeret in Palatio cellam sibi meretriciam parasse, verum etiam aliam uiam excogitare uoluit, si qua posset ratione aliquando suæ libidinis rabiem, singularemq; ingluuiē explere; quandoquidem in rebus Venereis regiam quandam palmam, gloriosamq;

## VALERIA MESSALINA

riosamq; uictoriam sitam esse existimabat. Conduxit igitur ad rei Veneræ experimentum omnium earum quæ in publico lupanari prostitutæ erant, quandam celeberrimam meretricem: eoque mutatis uestibus profecta, cellaque conducta intra unius noctis, dieique spatium uigesies & quinquies plus re absoluta eam superauit, uti Plinius testatur libro decimo cap. 63. cuius etiam mentionem fecit libro vigesimonono cap. primo. Iuuenalis Satyra sexta ita illius libidinem infectatur.

Respice riuales diuorum: Claudius audi,  
 Quæ tulerit: dormire uirum cum senserat uxor,  
 Ausa Palatino tegetem præferre cubili,  
 Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos.  
 Linquebat comite ancilla non amplius una.  
 Et nigrum flauo crinem abscondente galero,  
 Intrauit calidum ueteri centone lupanar,  
 Et cellam uacuum atque suam: tum nuda papillis  
 Constitit auratis titulum mentita Lyciscæ:  
 Ostentatque tuum generose Britannice uentrem.  
 Excepit blanda intrantes, atque æra poposcit.  
 Mox lenone suas iam dimittente puellas,  
 Tristis abit, sed quod potuit, tantum ultima cellam  
 Clausit adhuc ardens rigidæ tentigine vuluæ;  
 Et lassata uiris, nondum satiata recessit.  
 Obscurisque genis turpis, fumoque lucernæ  
 Fœda lupanaris. tulit ad puluinar odorem  
 Hippomanes. carmenque loquar, coctumque uenenum,  
 Priuignoque datum? faciunt grauiora coactæ  
 Imperio sexus: minimumque libidine peccant.

Cogebat hæc etiam reliquas illustres scæminas eandem subire uitæ rationem, cum earum compluribus uim inferri intra palatium iuberet, atque in ipsorum maritorum conspectu, qui ab ea idcirco diuitias, honores, magistratusque consequebantur. ita uerò flagrabat libidine ut quicumque ei placuisset, is uel cum ea congredi compelleretur, uel certæ obiiceretur morti. Sabinus præterea qui Celtis præfuerat C. Cæsaris Caligulæ temporibus, quòd congressus fuisset cū ea, à Claudio capitis damnatus, & à Senatu, illius opera liberatus fuit. Neq; mihi sanè silètio prætereunda uidentur Sexti Aurelij Victoris uerba, quòd apertius cuiusmodi fuerit Messalina intelligatur.


„ Ita uerò, is inquit, Claudij uxor Messalina primò clam, mox passim quasi iure

## VALERIA MESSALINA

» iure adulterij utebatur : ex quo facto plures metu abstinentes extincti sunt.  
 » dehinc atrocius accensa nobiliores quasque nuptas, & uirgines scortorum  
 » modo secum proposuerat, coactiq; mares ut adessent. Quòd si quis talia hor  
 » ruerat, adfecto crimine in ipsum, omnemq; familiam sæuiebat; ut magis ui  
 » deretur sub Imperatore uir, quam sub Imperatore nupta esse. Cum sæpius  
 » Caius Silius formosissimus iuuenis, gladiatorq; eius complexum deuital  
 » fet, ac aufugisset, quamuis eum nunc blanditiis, nunc minis, nunc ingētibus  
 » pollicitationibus sollicitaret; hæc uel ab ipso Claudio precibus impetrauit,  
 » ut iuberetur iuuenis omnibus in rebus, quæcunque ipsi ab ea iniungerētur,  
 » obtemperare. Hic postea, tanquam ita iubēte Imperatore, sæpius cū ea con  
 » cubuit, quam ob rem regium palatium, multasque diuitias, & quæ precio  
 » siora in cella uestiaria Claudij reperirentur, ab ea dono accepit: fecit illi con  
 » flari præterea multas statuas ex eo metallo, quo Caij Cæsaris imagines scul  
 » ptæ erant, tunc perflatæ Claudii iussu. curauit etiam ut is designaretur Con  
 » sul, atque cum multos honores ipsa à Senatu consecuta esset, ut carpento ute  
 » retur, scilicet in Circēsis, & alia huiusmodi, nupsit ipsi C. Silio, Populoq;  
 » uniuerso inspectante nuptias sumptuosas, magnificentissimasque parauit,  
 » priusquam Claudius quicquam ex his mulieris sceleribus comperisset: ad  
 » quam rem non parum momenti, ac facilitatis uiri ipsius Cæsaris simplici  
 » tas afferebat. Verùm quò res honestior haberetur, ita cum consule pacta est,  
 » ut is, qui testari posset, secum adduceret, se hoc idcirco facere, ut aliquos sus  
 » sciperet filios, cum & sacrificia, & scripta condidisset, & omnia ea peregisset,  
 » quæ in matrimoniis seruari consueuerunt. Cū igitur per id tempus Hostiã  
 » Claudius annonæ conuehendæ gratia, uel sacrificiorum causa, ut nonnulli  
 » uoluerunt, concessisset, à Calphurnia meretrice certior fit de hac re per lite  
 » ras, ita Narciso liberto instituyente; dum illa fufis comis, thyrsūq; quatiens  
 » domi Vindemiæ simulachrum celebrabat, Siliusq; hedera coronatus, & co  
 » thurnatus caput in Messalinæ gremium deflexerat, chorus mulierum pelli  
 » bus indutarum sacrificantium Baccharum insanarum more circum tripu  
 » diabat. Cognitis his rebus Claudius huic cū dotē præsentibus aruspibus  
 » assignasset, curauit ut in hortis Lucullianis interficeretur ab Euodo Tri  
 » buno: qua mortua Senatus ita statuit ut omnes imagines, & omnia statuarū  
 » nomina, omnesque eius tituli, ex publicis locis delerentur, sicut etiam ex  
 » priuatis. eius corpus matri concessum est. Tum ciuium multorum cedes se  
 » cuta est, quorum nomina libro undecimo recitantur à Tacito, quæ & libro  
 » quinquagesimo octauo testatus est Dion, ac Suetonius in Claudio.

Octauie

OCTAVIAE MESSALINAE FILIAE, CLAUDIIQUE  
IMPERATORIS PRIMAE VXORIS NERONIS.



XLIII



145

OCTAVIAE MESSALINAE FILIAE, CLAUDIIQUE  
IMPERATORIS, PRIMAE VXORIS NERONIS.



VIT Octavia Claudij, Messalinæq; filia, priusq; nata est, quàm eius pater Imperium adipisceretur, quæ adhuc tenera ætate Lucio Syllano primùm nupsit, qui iuuenis tū ob multos triumphos tum etiam ob gladiatoria munera erat insignis, plurimumq; ob ipsius magnificentiam à populo amabatur. Hæ nuptiæ cùm ita persuadente Agrippina postea solutæ essent, Neroni nupsit Claudij priuigno, qui tunc ætatis suæ annum sextum decimum agebat. atq; ne frater vxorem ducere sororem videretur, curauit Claudius, vt Octauia alterius familiâ fieret adoptiua. tum verò ingens Romæ prodigium apparuit, nam cœlum eo die, quo nuptiæ fiebant, totum ardere visum est, sicuti testatus est Dion libro quinquagesimo octauo, quod accidit Decio Iunio, & Quinto Anterio cōsulibus. Postea interposito non multo temporis spatio cum illius pertesum esset, eam domo expulit, amicisq; reprehendentibus dicere consueuerat, illi satis videri debere, quòd eam matrimonij dignitatem, nomenq; obtineret, quodq; tanquam ipsius vxor induta incederet. cum verò sæpius frustra expertus esset vt necaretur, quamuis honestè ea viueret, & ob patris nomen, & ob populi gratiã, qua plurimum pollebat, summæq; erat auctoritatis, eam tanquam sterilem amandauit, in Campaniamq; pulsa est, addita militari custodia. Verùm cum facinus huiusmodi, ac diuortium reprehēderetur à populo, atq; ab ea malè is interea audiret, eam haud quaquam Nero pœnitentia flagitij reuocauit, quæ res magno cū populi applausu, ac lætitia excipitur, omnibusq; Poppææ imaginibus proruptis, ac deiectis, Octauiaæ statuas passim erexerunt, & imagines, quas etiam per ciuitatem cum gaudio, & cantilenis gestarunt humeris, sparseruntque floribus, ac in foro & templis statuerunt. Verumtamen de nouo cum blanditijs, figmentisq; Poppææ Nero accensus esset, fecit vt ea accusaretur adulterij; idq; ita falsò atque cum quadam temeritate & audacia effectum est, vt testibus ab eo in iudicium prolatis affirmantibus se nullius fœminæ sceleris esse cōscios, Anicetum suum libertum in medium per fraudē proferre non dubitauerit, qui se cum ea concubuisse testatus est: atque cum oblitus esset Nero se eã dimisisse sterilitatis causa, in Senatu accusauit, quia filios per adulteriũ conceptos abdidisset, ne turpes eius congressus essent manifesti. Inter eos qui huiusce accusationis gratia examinati fuerunt, ita testata est quædam Octauiaæ ancilla; castiora esse muliebria Octauiaæ, quàm os Poppææ. Sed cum eam deniq; vigesimum tunc ætatis suæ annum agentē in Pandatariã insulã relegasset, post non multos dies curauit vt interficeretur.

T Miserrimæ


## OCTAVIAE MESSALINAE

Miserrimæ Centurio venas abscidit, quæ, cum sanguis ob timorē firmatus non posset effluere, deposita fuit in tepidis balneis, atq; ita mortua est; cuius amputatum caput Romam ad Poppeam fuit delatum. Idem fuit infelicissimæ huic puellæ & nuptialis, & funestus dies; siquidem nihil præter dolorē, ac mœstitiā in eius domum illatum est: nam cum eius pater hausto veneno extinctus esset, exiguo tempore interposito frater etiam veneno periit: quem ipsa præterea è domo Augusta expulsa, crudeliterque tractata, ita meretrice viro persuadente, subsecuta est, vti superius diximus interfecta. quam rem ita esse testis est Tacitus libro decimo quarto, Suetoniusque in vita Neronis & Claudij. eius effigies in quodā æreo semunciali numismate valdè ex antiquitate corrupto apud spectabilem virum Stephanum Magnum Venetiis conspexi, cuius exemplum hoc est.

Imago



OCTAVIAE MESSALINAE



XLV

I 2

## OCTAVIAE MESSALINAE

IMAGO OCTAVIAE, NERONISQUE CAESARIS,  
NUMISMA PRIMVM.

TATIM post matrimonium, sicuti diximus, perfectum, Neronis, & Octaviae, qui ambo satis idonea erant ætate; atque per adoptionem in Claudiorum familiam Nero affertus est, in filiumq; adoptivum à focero receptus, idcircoq; appellatus Cæsar, siue Princeps iuuentutis, nam idem vtrunq; nomen significat: eorum imagines in æreis nummis sunt impressæ, atque inter se in faciem conuersæ, quibus concordia, eademq; vtriusque voluntas significabatur, ita verò se habet in circulo literæ; NERO CLAV. CAES. AVG. IMPER. OCTAVIA AVGVST. F. videlicet Nero Claudius Cæsar Augusti (intelligitur enim filius) Imperator. Octavia Augusti filia. quod exemplar ab Achillino ego Bononiæ accepi: atq; in alio meo numismate cum iisdem imaginibus ita leguntur literæ; NERO CLAV. CAES. IMPER. OCTAVIA AVGVST. F. Nero statim atq; Cæsaris nomē adsumpsit, Consulare consecutus est Imperium, sicuti literarum monumentis scriptum reliquit Tacitus ita inquit libro duodecimo; Ti. Claudio quintum Seruio Cornelio Orfito Consulibus virilis toga Neroni maturata, quo capescendæ Reipu. habilis videretur, & Cæsar adulationibus Senatus cecit, vt vigesimo ætatis anno consulatum Nero iniret, atque interim designatus Proconsulare Imperium extra urbem haberet, ac Princeps Iuuentutis appellaretur. Imprimebantur ipsæ imagines ita vt Neronis imago formam Solis haberet in ceruice, ac rursus Octaviae imago Lunæ: quod quidē ex filiorum Marci Antonij Cleopatrarq; exemplo effectum est, quorum alter ex maribus, Sol: altera ex foeminis Luna vocabatur; è cuius Antonij sanguine per matris successionem Claudius, atque Nero orti fuerāt. Posterior numismatis pars caput habet Claudij vnà cum his literis; TI. CLAVDIVS CAES. AVG. P. M. TR. P. IMP.

NERONIS CAESARIS IMAGO  
NUMISMA II.

ATQVE hæc etiam effigies est Neronis ætatis suæ annum decimum sextum agentis, sicuti superius dictū est in vita Agrippinæ illius matris: atq; in posteriore parte superius dicti nummi inscriptio est huiusmodi in circulū;  
Nero

## OCTAVIAE MESSALINAE

NERO CLAUD. DRVSVS existimo autem, sicuti ex quodam corruptarū literarum tenui vestigio comprehendere licet, quòd reliquæ literæ, quæ sequuntur, ita leguntur; PRINC. IVENTVTIS. quandoquidem in aliis ipsius numismatibus eum Drusum etiam vocatum esse comperio, ex Drusi Claudij Imperatoris patris cognomine.

CORNVCOPIAE CVM TRIBVS CAPITIBVS  
NUMISMA III.


IMPRESSA fuit etiam in nummis æreis Octaviæ adhuc puellæ effigies vnà cum filiis, qui Claudio relictis fuerunt, Antonia scilicet, & Britannicus: vti paulò antea dicebamus, cuius vetus numisma semunciale ex ære Corinthiaco apud Io. Andream Veroaldum ciuem Brixensem pulcherrimum conspicitur.

AGRIPPINA SEXTA CLAVDII  
IMPERATORIS VXOR.

POST Messalinam Agrippina Claudio nupsit Imperatori, de qua antea verba fecimus.

Sabina

SABINA POPPAEA NERONIS VXOR IL





**S**ABINÆ Poppæa, Sabinus Popæus illustris memoriæ, à quo ipsa nomen sumpserat (nam patrem honoribus nondum functum amicitia Seiani peruertit) auus fuit, vir humilis sanè fortunæ, verūtamen qui postea ob multas Principum amicitias ad altiores dignitatis gradus ascenderat, nam cum obtinisset consulatum, triumphauitq; , ac omnes præstantiores prouincias summo iudicio per viginti & quatuor annorum spatium gubernauit, quoniam rebus agendis maxime erat idoneus. Inter reliquas prouincias Macedoniæ præfuit Imperâte Tiberio; obiitq; Consulibus C. Cestio & M. Seruilio, vti scripsit Tacitus in Augustæ historiæ libro quinto & decimotertio. Eius pater fuit Titus Ollius, qui Quæsturâ gesserat, & ob amicitiam Seiani pluribus honoribus functus fuerat. materq; Sabina Poppæa mulier impudica sanè & scelestâ; quippe quæ cum accusata adulterij fuisset, carcerem timens, sibi ipsi mortem consciuerit. Eadem Poppæa mater ætatis suæ scēminas pulchritudine antecellens, gloriam pariter & formam filiæ dederat. Hæc enim cum ageret in matrimonio Ruffi Crispi Equitis Romani, ex quo filium Ruffum Crispinum genuerat, à Nerone abducta & in custodiam data fuit apud Othonem amicū, donec Octauia eius vxor ex palatio eiiceretur. Verum hic Otho cum eam ante oculos assidue haberet, illius amore capitur, quoniam præter egregiam formam erat etiam perblanda. quamobrem nec mora quin adulterio matrimoniū iungeretur, & quia flagrantissimus vt pote plectus iuuetute ac luxu in amicitia Neronis habebatur, siue amore incautus laudare cōsueuerat formā elegantiamq; vxoris apud Principem: siue vt accenderet, quia si eadem scēmina potirētur, id quoque vinculum potentiam ei adiceret, sæpe auditus est consurgens è conuiuio Cæsaris ire ad illam, sibi concessam dictitans nobilitatem, pulchritudinem, vota omnium, & gaudia felicium. His atque talibus irritamentis, nō longa cunctatio interponitur. Sed accepto aditu Poppæa ad Neronem, primum per blandimenta & artes valuit, imparem cupidini se, & formæ Neronis captam simulans, donec ab amore principis ad superbiam versa, dictitauit se nuptam esse Neroni, si vltra vnam alteramue noctem ab eo retineretur, nec posse matrimonium amittere, deuinctam Othoni per genus vitæ, quod nemo adæquaret. qua propter ea semper Othoni desideriis patebat, siue id ex huius familiaritate accideret, qua plurimum illa delectabatur, siue quia præter suam ipsius voluntatem ad Cæsaris nuptias vocaretur, dictitans Neronem pellice ancilla & assuetudine Actes deuinctum nihil è contubernio seruili, nisi abiectum, & fordidum traxisse, at vero Othonem animo & cultu

cultu magnificentum, quem summa fortuna dignum iudicaret: quod quidem longe a veritate seiunctum esse mihi videretur, nisi principis immanitas & saevitia in amicos, affines, consanguineos, & uxorem, comperta id in animum illi induxisset: quandoquidem causa extitit, ut ad hoc matrimonium peruenire posset, non solum ut is uxorem interfecerit, verum etiam matrem, quae Neroni etiam per iocum saepius obiicere solebat illum adhuc pupillum esse: atque suam contra nobilitatem fecunditatem extolleret. Illud autem minime est obscurum, quod ubi Caesar post matrimonium cum Othone, ad eam visendam esset profectus, illi obiecit hostium claudens, sicuti testatur Plutarchus in Othonis vita. At Nero non facile perferebat alium potiri formosa muliere a se acquisita, quandoquidem ne Othonem in vrbe haberet aemulum, in provinciam Lusitaniae misit eum legatum, ut ex illius conspectu hac occasione is eriperetur. Ita vero hoc rumore repleta est Roma, ut disticum vulgatum fuerit, quod ita canebatur

Cur Otho mentito sit quaeritis exul honore?

Vxoris moechus caeperat esse suae.

Huic prorsus mulieri cuncta alia fuerunt, praeter honestum animum: Opes splendori generis sufficiebant, Sermo comis, nec absurdum ingenium modestiam praeferebat: eratque lasciva, prudens, magnifica, & in erogandis pecuniis liberalis. Maxime delicatissimis aptissimisque equis delectabatur: quorum pedes non ferro quidem, at purissimo optimoque auro armari volebat, sicuti Plinius testatur libro vigesimo tertio. Habebat haec etiam lectisternia ex argento sculpta; atque eam quocumque proficisceretur, quingentae asinae, quae nuper peperissent sequebantur, quarum lacte pinguisimo cum solita balneorum vasa repleuisset, totum corpus macerare consueverat, ut eius pelliculis ita distenta fieret candidior, mollior, ac magis nitida, sicuti literarum monumentis reliquit Plinius libro undecimo. ex huiusce nomine unguenta existimant nominata fuisse Poppaeanae à Iuvenale in Satyra sexta, ubi ita scribit;

—videndaque multo


Pane tumet facies, aut pinguis Poppaeanae

Spirat; & hinc miseri viscantur labra mariti.

Famae nunquam pepercit, maritos & adulteros minime distinguens, unde utilitas ostenderetur, illuc libidinem transferebat, modestiam tamen praeferebat, & lascivia utebatur. rarus in publicum egressus: idque velata parte oris, ne fatiaret aspectum, vel quia sic decebat, uti scripsit Tacitus libro decimo tertio. Capillos habebat flavi color, quod nomen ab ipsius marito Nerone consecuti fuerunt, velut testis est Plinius libro trigesimo septimo. quod ad

ad reliquam attinet formam, habuit lineamenta huic numismatis imagini simillima, quod quidem ex quodam vetustissimo albi æris exemplari depromptum est: cuius posterior pars est Neronis effigies laureata, quã mihi huius antiquitatum generis studiosissimus Andreas Lauredanus patricius Venetus concessit. Cum Poppæa deniq; non per multum temporis spatium Neronis fuisset vxor, à quo ad hoc Augustæ cognomentum assumpta est, sicuti testatur Tacitus libro decimo quinto, mortem obiit fortuita mariti iracundia: hanc enim refertur causam extitisse illius mortis, quòd cum Nero à Quinquennialibus certaminibus serò domum rediisset, idcircoque eum illa obiurgasset, ictu calcis ab ipso percutitur, cum neque coronam ob facundiæ victoriam, neque aurigandi, neque citharizandi honorem cõsecutus fuisset. huius interitus vt palã tristis videbatur, ita occultè lætatus est populus, tum ob mulieris impudentiam, tum etiã ob sæuitiam in Romanos ciues, vt narrat Tacitus libro decimo sexto. Huiusmodi vitæ suæ finem Poppæa consecuta est, quæ nullo pacto quo minus ex acri Neronis feritate interficeretur, effugere potuit. Eius corpus non igni concrematũ vt mos est Romanus, sed ex Regum externorum consuetudine, compluribus suauissimis odoribus repletur. Inde verò effectum est, vt nonnulli eam veneno occidisse sint arbitrati; ne cor quod ardere non potuisset, nullum scelestæ actionis dedisset indicium. Enimvero scribunt historici Neronem magnum dolorem præ se tulisse, nam ex iis honoribus, quibus eam decorauit, vel quiuis facile comprehendere potuit, quantopere eius mors illi displicuit: cum præsertim ipse se ipsum accusaret, atque illam splēdidissima ornatissimaque oratione pro Rostris laudauerit, & in primis pulchritudinis gratia. cū ex ea (veluti visum est Suetonio) Claudiam quintum iam mensem agentem Augustamq; mox vocatam, suscepisset. illius cadauer in familiæ Iuliorum tumulo deponitur, atque publicis exequiis honorificentissimè deportatur. Verum post Neronis mortem illius imagines, & statuæ perfractæ deiectæque fuerunt, quæ tamen denuo ab Othone ex Senatus consulto eriguntur; sicuti decimo septimo libro testantur Taciti annales; cuiusce rei mentionem fecit Iosephus etiam libro vigesimo Antiquitatum, ac decimo octauo, & Plutarchus in vita Galbæ.

DIVA CLAVDIA POPPAEA, POPPAEAE  
NERONISQVE IMPER. FILIA.






DIVA CLAUDIA POPPÆA, POPPÆAE  
NERONISQVE IMPER. FILIA.



NNO consulatus Memmij Reguli & Virginij Rufi nata  
 est Claudia Poppæa ex Nerone Imperatore & Poppæa Sa  
 bina, ob quam filiam Cæsar plus satis gaudij accepit. mox  
 appellata fuit Augusta. Locus puerperij Colonia Antium  
 ubi generata fuerat. At cum iam Senatus vterum Poppææ  
 diis commendasset, vota que publicè suscepisset, atq; mul  
 tiplicata exoluta que essent, & additæ supplicationes, templum quoq; Fœcun  
 ditati, & certamen exëplo Atticæ religionis decernit; Fortunarum que ima  
 gines aureas in folio Capitolini Iouis Nero pater collocari iussit. & ludicrū  
 præterea Circense, vt Iuliæ genti apud Bouillas, ita Claudiæ Domitiæ que  
 apud Antium edere voluit, quæ omnia fluxa fuere, quoniã infans intra quar  
 tum mensem, siue quintum vt nonnulli tradunt, defuncta est, non sine im  
 modico patris mœrore. Quippe rursus exortæ sunt patrum in Augustam  
 adulationes. Hi enim decernendum censuerunt honorem diuæ, & puluinar  
 ædem que, & altaria, & sacerdotem, vt que in rebus publicis priuatis que; Romani  
 per nomen Diuæ Poppææ iurarent, sicuti per diui Augusti & per diui Iulij  
 acta iurare consueuerant. quarum rerū testes sunt Tranquillus in Nerone,  
 & Tacitus libro decimo quinto, & decimo sexto.

STATILIA MESSALINA NERONIS IMP.  
VXOR III. AC VLTIMA.



## STATILIA MESSALINA NERONIS IMP.


VXOR III. AC VLTIMA.



STATILIA Messalina abneptis Tauri Statilij, qui bis cōsulatum adeptus est, ac triumphavit, Romæque amphitheatrum extruxit: atq; Tauri Statilij soror, vt arbitratur nonnulli, qui accusatus fuit ab Agrippina, atque eò redactus vt seipsum interficeret, vt opes eius & amænissimos hortos ipsa occuparet, cum prius Neronis fuisset amica, Attico Vestino nupsit eius itē adultero, qui hac ipsa de causa cum adhuc esset consul, Neronis iussu trucidatur, quoniam eam vxorem Nero cupiebat. Cum postea mortuus fuisset Nero post Galbæ internecionem bello inter Othonianos, ac Vitellios flagrante, illa ipsum Othonem maritum sibi asciscere decreuerat, si modo victor ex eo certamine euasisset. Verum cū Otho vel mori potius, quàm bella ciuilia, eligeret; suos cineres illi commendauit, vti testatus est Suet. in Neronis vita, ac ipsius etiam Othonis.

Mumma

MUMMIA ACHAIA GALBAE IMP. MATER.





VLLI dubium est quin Mummia Achaia ex sanguine nobilissimo fuerit orta, illustriq̄ue domo, ac valde antiqua: quandoquidem ex Pasiphae Minois vxore originem duxit, vt in Galba scribit Suet. Siliusq̄ue Italicus libro rerū Punicarum sexto: quin etiam ita reliquit de quodam ex Galbarum familia.

Ductorem magno spectabat nomine Galbam.


Huic genus orditur Minos, inuisa q̄ue Tauro

Pasiphae.

Fuitq̄ue neptes Q. Catuli Capitolini, Lucijq̄ue Mummij cognomento Achaici proneptes, qui eximiam Corinthi ciuitatē cepit, igni populatus est, funditusq̄; euertit. eius maritus Ser. Sulpitius Galba fuit: ex quo Caium, & Ser. Imperatorem genuit, ex quibus maior natu Caius omnes suas facultates profudit, Romaq̄ue discessit, ac ex inedia mortuus est, quoniam illi impedimento fuit Tiberius quo minus ei praesset prouincię, quæ illi fortē contigerat, veluti literarum monumentis traditum est à Tranquillo in Galba.

Lepidæ

LEPIDA SER. GAL BE VXOR.





## LEPIDA SER. GALBAE VXOR.



LEPIDA vnica fuit Galbae vxor, cum priuata is uteretur fortuna, ex quo duos peperit filios, quo tempore Agrippina Germanici filia viduata morte Domitij ita eum omnibus sollicitauerat modis, vt Lepida repudiaretur, ipsaq; in eius locum vxor à Galba duceretur, vt in conuentu matronarum correpta iurgio, atque etiam manu pulsata sit à matre Lepidæ. Neque vnquam sanè post Lepidæ mortem cessauit, sed eum frustra importunauit, veluti narrat Suet. in Galba. Nec desunt qui hanc Neronis amitam fuisse scripserint, de qua neq; illud silentio prætermittendū existimo, quod scribitur à Tacito libro duodecimo. Lepida (ait ille) ex Antonia maiore nata, mulier fuit impudica, infamis, vinoq; dedita, quæ cū gratia præstare contenderet cum Agrippina apud Neronem nuper ad Principatus successione designatum, ab Agrippina accusata fuit quia veneficiis Claudij Imperatoris cōiugium expetisset, in Messapia seruos coegisset, exercitumq; congregasset, Italiæque pacem subuertisset. Quare capitis condemnata fuit: (Dii faxint vt quicumque similia aggrediuntur, hoc ipsum patiantur supplicium) sed Narcisus libertus ad eam defendendam se fortiter, studioseq; conuertit. Scriptum est à Suetonio in Nerone, eam idcirco accusatā fuisse, quia cū suo fratre concubisset, verum Tiberij mortem fuisse impedimēto quo minus eius facta sit inquisitio.

ALBIA TERENTIA OTHONIS  
IMPERATORIS MATER.





ALBIA TARENTIA OTHONIS  
IMPERATORIS MATER.





ALBIA Tarentia valde splendida, ac Illustris mulier Othonis fuit vxor, ex quo duos filios peperit Lucium Titianũ, ac minorem natu Marcum prænordine. Habuit quandam filiam, quæ nondum nubilis Druso Germanici filio desponsata fuit, vti testatur Suetonius in Othonis vita.

X 2

Sextilia

SEXTILIA MATER VITELLII  
IMPERATORIS.



SEXTILIA MATER VITELLII  
IMPERATORIS.



SEXTILIA honestissimis, optimisq; moribus mulier, ac domus satis illustris Lucio Vitellio nupsit, qui ter Consulatum gesserat, & Censuram: qui & insignis erat, & celeberrimus ob eam adulationē, qua in principes utebatur. Huic ea duos filios peperit, Aulum scilicet, et Lucium, cum verò intellexisset Aulum in castra profectū, eiq; per literas significatum fuisset Imperatorē illum salutatū, Germanicumq; à militibus nuncupatū, ægrè rem sanè tulit, magnopereq; doluit cum se minime Germanicū, sed Vitellium peperisse diceret. neq; tamen hoc ita accidit, quia filium odio prosequeretur, verū quoniam cū is natus esset, multa mala sibi ex eo filio imminere nuntiatum fuerat à Genethliacis. timebat futura, neq; præsentibus tamen interim fidebat, idq; cognoscebat ipsius pernitiē deniq; esse futurum, sicuti testatur Suet. in Vitellio. Cum Romam igitur ingressus esset Vitellius magno cum fastu, atq; cum exercitu tum armis, tum reliquis omnibus munitissimo, ac ornatissimo in Capitolium conscendit in templum Iouis Opt. Max. vbi obuius factus Sextiliæ, perbenigne eam complexus Augustæ nomine decorauit: quod testatur Tacitus libro duo de uigesimo. Quin etiam ex Senatus consulto mater Senatus, materque Patriæ appellatur: cuius statuæ ad eius imaginem erectæ, in base hæc inscripta legebantur; MATRI AVGVSTAE (sive Augusti) MATRI SENATVS MATRI PATRIAE. quæ in nummis quibusdam pariter æreis impressa fuit: atq; in iis hæc fuerat inscripta; MAT. AVG. MAT. SENAT. MAT. PATR. S. C. illius autem exemplar in præsentī tabula collocauimus, cuius in posteriore parte Vitellij Imperatoris imago conspiciebatur cum his literis; A. VITELIVS GERMANICVS IMP. AVG. P. M. TR. P. sicuti testatur quoddam numisma vnciale peruetus, quod ego vidi, quamuis longo tempore valdè attritum. Mortua est Sextilia paulo ante Vitelliorum familiæ euerzionē, cum peruetus esset ætate: neque aliud ex Imperio filij consecuta est, quàm luctum, bonumque nomen apud omnes, veluti idem Tacitus asserit libro superius à me dicto. Nonnullam obtinuit vulgò suspicionē, vti scripsit Suet. quod maternæ mortis autor extiterit Vitellius Imperator, quia iussisset ne ægrotanti mulieri cibus daretur: quoniam ex muliere quadam Catta nomine, audiuerat suum Imperium tum demum firmum esse futurum, ipsumque diu esse regnaturum si vixisset post matrem; quanquam non defuerunt, qui eam rerum præsentium satietate captam dicant, futuraque timentem intrasse à filio, vt liceret sibi venenum bibere.

Petronia

PETRONIA PRIMA VITELLII VXOR.



## PETRONIA PRIMA VITELLII VXOR.




**P**ETRONIA consularis hominis filia ex Vitellio eius marito, qui tunc etiam priuatè viuebat, vnum habuit filium altero oculo cœcum, quem nominauit Petronium. nupsit Cornelio Dolabellæ Vitellianarum partium duci, cum diuortium inter eam accidisset & Vitellium, vti scripsit libro decimo octauo Tacitus. testamentum condidit, Petroniumque instituit hæredem, ita tamen vt procuraret, vt à paterno iure liberaretur, quare exhæredatus fuit à Vitellio. Quinetiam pauco temporis spatio interfectus putatur, quoniam accusatus est, quòd paternam mortem inquireret, vt autor est Suet. in ipsius Vitellij vita.

Galeria

GALERIA FONDANA A. VITELLII  
VXOR II.



L III



169


GALERIA FONDANA A. VITELLII  
Vxor II.



**N**ATA est Galeria ex patre, qui fuerat prætor, cuius origo ex Fundo Campaniæ oppido deducitur: fuitque Vitellij Imperatoris vxor, ex quo duos filios peperit, alterum marem scilicet, alteram fœminam. ita verò lingua erat impedita, vt vix loqui posset, de quo meminit Suet. in Vitellio. Hæc miti potius, quàm aspero fuit ingenio, quandoquidem in victos minime sæuiit, neque cuiquam minari cõsueuerat, sed potius cum accusatus fuisset Tracallus, quòd Othonianis partibus studuisset, contra accusatores eum defendit, vti testatur Tacitus libro decimo octauo.

Y      Vespasia

VESPASIA POLLA VESPASIANI  
IMPERATORIS MATER.





271

VESPASIA POLLA VESPASIANI  
IMPERATORIS MATER.




ASCITVR Nursiæ Vespasia Polla, ex Illustri familia, cuius pater Vespasius Pollio ter militum Tribunus fuerat, præfectusque castrorum. Extat locus editus in monte summo non plus distans ab ipsa ciuitate sex millibus passuum, in ea via, quæ fert Spoletû, qui Vespasiæ ex eius familiæ nomine dicebatur: vbi complura eius gentis monumenta fuerunt, quod præclarum est splendoris familiæ, antiquitatisque indicium: præter id, quòd mentionem etiam fecit Suet. in Vespasiano.

Y 2

Flauia

FLAVIA DOMITILLA VESPASIANI VXOR.



## FLAVIA DOMITILLA VESPASIANI VXOR.





**F**LAUIA Domitilla Flauij Liberalis filia fuit, nati in Ferentino Latij oppido, quiq̄ue id solum obtinuerat vt Quæstoris fuisset scriba. cū esset igitur adhuc puella ex Africa delegatur Statilio Capellæ Romano equiti Tabraceno, tanquam obses, ac pignus, ob grãdem pecuniam, quæ ipsi à Domitillæ patre debebatur. ab eodem Statilio ex Africa missa tuit Romam æris alieni sub crediti nomine, addita apud amicum vt asseruaretur: tanquã latina mulier priuilegiorũ beneficio ex lege Aelia Sentia, libertina videlicet, vt nonnulli tradunt, atq; inter alios Sextus Aurelius. Præterea cum patris causã coram iudicibus recuperatoribus nuncupatis agitata fuisset, cognoscitur ingenua, ac Romana ciuis. nupsit postea Flauio Vespasiano, cui Titum, Domitianum, Domitillamq̄ue peperit, atque mortua est cum priuatus adhuc esset eius maritus.

Fuit & alia, Flauia Domitilla pariter nominata, ex vxoris affinitate, Flauij Clementis Vespasiani fratris neptes, à Domitiano postea Imperatore in Pandateriam insulam relegata, vt autor est Suet. ac Dion. Deinde quia se christianam esse profitebatur morte etiam mulctata vnã cum multis aliis, vt in Cleti Pontificis vita scriptum reliquit Platina, Eusebiusq̄ue in Chronicis, ac sacrae historiæ libro tertio.

Flauia

FLAVIA DOMITILLA, DOMITILLAE  
VESPASIANIQUE FILIA.



FLAVIA DOMITILLA, DOMITILLAE  
VESPASIANIQUE FILIA.




DOMITILLA ex Flavia Domitilla nata, ac Vespasiano: Eo tempore mortua est, quo pater ciuis adhuc erat priuatus, vti testatur Suet. in vita ipsius Vespasiani. ad perpetuam huius mulieris memoriam ac honorem postea à Tito eius fratre Imperatore ex Senatus consulto P. Q. Romani iussu institutum est, vt Carpentū in pompis Circensibus à mullis traheretur, in quo eius statua conspiciebatur superius dictarum mulierum exemplo. Hoc facilè intueri licet ex multis æreis numismatibus, quæ apud multos reperiuntur, atque apud Reuerendiss. præcipuè Patriarcham Grimanium, Alexandrūque Contarenum, in quibus hoc reperi exemplar, cuius in altera parte est carpentum, ita vt hic conspicitur formatum, in altera loco Domitillæ effigiei in medio hæc literæ visuntur. S. C. atq; in circulum; T. CAES. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. VIII. IMP. Hæc ipsa etiam inter Dearum numerū consecrata est, sicuti ex Statij Papinij carminibus patet, vbi ita de Domitiani Equo scribit.

Cum superis terrena placent, tua turba relicto  
Labetur cælo, miscebitque oscula iusta:  
Ibit in amplexus natus, fraterque paterque,  
Et soror.

Arri-

ARRICIDIA VXOR PRIMA TITI.



ARRICIDIA TITI VXOR PRIMA.

177



VM priuata fortuna vteretur Titus Vespasiani filius, nup-  
sit ei Arricidia Tertulli Equitis Romani filia, qui fuerat  
Præfectus quondam prætorianarum cohortium: quæ  
absque liberis decessit, de qua mentionem fecit Sueto-  
nius in Titi vita.

Z

Martia

MARTIA FVLVIA TITI  
VXOR. II.





MARTIA FVLVIA TITI  
VXOR. II.




ORTVA Arricidia Tito priuato adhuc ciui nupfit Martia Fulua illustris familiæ, quæ cum illi Iuliam peperisset, ab eo repudiata fuit, sicuti literarum monumentis tradidit Suetonius in ipsius Titi vita.

Z 2

Iulia

IVLIA TITI IMPERATORIS FILIA.







X Martia Fulvia, Titoque cum adhuc esset priuatus, nata est Iulia. quæ statim atque ad idoneam ætatem peruenit, vt Domitiano nuberet pater summo studio curauit: verum cum is minimè eam ducere voluisset per id tempus, quanquam esset virgo, quoniam Domitiæ amore detineretur, eamq; vxorè cepisset, Sabino nupsit, cum quo etiã congressa est, atque eo ipso tempore, quo viuebat adhuc Titus, vt scriptũ reliquit Suet. in Domitiano. tum eam patruus marito deduxit, quem paulò post interficiendum curauit, vt eius matrimonio potiretur: hoc ita scribit Philostratus. verum Suet. in loco superius à me citato, eius inquit, cum patre maritoque priuata fuisset, Domitianum infano quodam amoris impetu captum, ac agitatum fuisse, idque palam, ita vt illius mortis autor extiterit, cum eam abortiuum abiicere persuaserit. de qua ita testatur Iuuenalis.

Cum tot abortiuis fœcundam Iulia vuluam  
Solueret, & patruo similes effunderet offas.

Cum incestum commisisset cū patruo, vbi esset adhuc vidua, credita est  
eo tempore ex Domitiano in vtero gestare.

Iulia

IVLIA TITI IMP. FIL.



VESTA NUMISMA PRIMVM.



VM Iulia esset Domitiani concubina, siue eius esset vxor, cognomen Augustæ accepit (hoc eo tempore fortasse accidit, quo repudiata ab Imperatore fuit Domitia) atq; nummi complures ærei, argentei q; & aurei cum eius effigie in altero laterum impressi sunt: quorum in alicuius generis posteriore parte imago, atque simulachrum Deæ Vestæ fuit insignitum, quæ confidens hastam manu læua tenebat atq; dextera Palladis simulachrum, quod Palladium nuncupatur: atque apud Romanos in huiusce Deæ templo, asseruabatur in quadam secretiore parte, vbi non modo nulli hominum id contingere licebat, sed neque à virginibus quidem Vestalibus omnibus conspiciebatur: verum ab vna earum tantum, idq; magna cū diligentia custodiebatur, quandoquidē cognouerant, vbi illud Palladium reperirētur, ibi futurum perpetuum orbis, omniumque gentium Imperium. Hoc ab Aenea ex Troiæ incendio Romam translatum esse dicunt, atque huiusce Deæ custodiæ, creditum est. Res erat præterea sanè admirabilis, quòd hæc statua oculos conuerteret, hastamque quam dextro brachio tenet suspensam, concuteret, ita vt iaculari videretur. Mentionem de hac fecit Ouidius libro Fastorum sexto. Illud quod præterea de hac Dea fuerat dicendum, in alios libros differam, vbi agetur de Imperatorum numismatum Hipomnematis.

CERES AVGVSTA

NUMISMA II.

IMPRESSVM fuit, & aliud æreum numisma semunciale eodem tēpore, Domitiani eius patruī iussu, in eiusdem honorem Iuliæ, cuius in altera parte Iuliæ facies visebatur, & in altera impressa est Cereris Deæ imago, quæ hastam tenet sinistra, atque dextera aristas, papauerisque plantam quandam. hæc Saturni Opisque fuit filia, atq; ab antiquis frugum Dea credita est, omniumque fructuum. Dicta est autem Ceres à gerendo, quasi geres priore littera mutata, quod ita esse testatur Cicero libro secundo de Natura Deorum; & Plautus, cum ita inquit;

Cererem, te melius, quam Venerem sectarier,  
quod melius etiam ex vulgato eo intelligitur;  
Sine Cerere, & Baccho friget Venus.

Volebant

Volebant præterea eandem Lunam intelligi, sicuti libro Georgicorum primo testatur Virgilius his verbis.

— vos ò clarissima mundi

Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum

Liber, & alma Ceres. cuius virtuti generandi vim tribuerunt, fertilitatemque & fruges maturas faciendi potentiam: si quidem ea suo frigore noctu solis ardorem, atque calorem temperat, vnde ait idem Poeta;

— vestro si munere tellus

Chaoniam pingui glandem mutavit arista. quod Macrobius etiã testatur in Saturnalibus, libro primo. Atque cum eandem Terram esse arbitrarentur, quæ quasi vas quoddam omnia, quæ nascuntur, in se reciperet, sicuti libro primo de Natura Deorum scripsit Cicero, ita tradidit Orpheus;

Terra mater cunctis, diuesque Ceres.

Tum facer antiqua matre ex tellure tumescit

Eusebius libro tertio Euangelicæ præparationis eam fructuum, herbarumque nutricem appellat, quæ nascuntur ex planitie; vt à Rhea differat, quam eorum omnium, quæ in montibus nascuntur, locisque saxosis, matrẽ esse duxerunt. Quamobrem Cereris imago spicis coronata fuisse dicitur, multaque circum habebat papauera, quibus copia, feracitasque significabatur. Erat hæc herba illi sacrata ob potionem eam, quam illi dedit Baubona hospes, vt somno facilius capta doloris eius solutionem inueniret, quem ex filia à Plutone rapta percipiebat. Mactare consueuerant huic Deæ pecudem, vt asserit Porphyrius, quam illi gratissimam esse dicebant, quod terrestre esset animal, præterea in eius sacrificijs vinum pramnium libabatur, quod libro septimo Antiquarum lectionũ à Cælio scribitur. Narrat Valerius libro primo quemadmodum huiusce Deę sacrificia ab Aenea in Sicilia originem sumpserunt, atque inde à quindecim ciuibus Romam fuerunt translata, quã Deam placare cupiebant, sibi que beneuolam reddere. Verum quia Græcorum illi sacra offerri volebant, missi sunt Veliam, qui sacerdotem quandam adducerent, cum pulcherrimum templum prius intra mœnia extruxissent; quod vt affirmat Plinius libro trigelimo, erectum fuit apud Circum Maximum. Verum cum florentissima, ac opulentissima facta esset Roma, decem primariorum ciuium filios in singulas Hetruriæ præstantiores ciuitates miserunt, qui ritus sacrorum, illiusque ceremonias perdiscerent. Hæc itaque Dea in æreis nummis fuit impressa cum his literis circum; C E R E S A V G . quandoquidem omnia sacra loca, reuerentiaque digna, Augusta nominabantur: sicuti superius explicatum est.

Pauo

## PAVO NUMISMA III.

MORTVA Iulia, atque inter sydera à Domitiano consecrata, nummi postea aurei imprimuntur, qui altera ex parte eius habebant imaginem, ex altera Pauonem, at nunc extat vnus apud Illustrissimum Franciscum Medices magnæ spei Florentinæ Iuuentutis Principem, sicuti hic nos expressimus, circa quem sunt hæc literæ; DIVI TITI FILIA. vt ipsius Iuliæ numen significaretur, quod ita antiquitus formabatur, vti in Liuiæ Augustæ vita à nobis demonstratur, de quo hæc scripsit Martialis in principio libri noni;

Matrona diues dulce Iulium numen.

Manebit altum Fulviæ decus gentis.

atque idem sub finem eiusdem libri;

Templa Deis, mores populis dedit, otia ferro,

Astra suis, cælo sydera, ferta Ioui.

## CARPENTVM NUMISMA IIII.

IN ludis etiam Circensibus patruus neptem, eiusque memoriam Carpentio decorare voluit, de quo satis abundè, vti existimo, pluribus in locis superius à me explicatum est. eius posterior pars ea est, quæ sequitur, cuius exemplar accepi numisma quoddam æreum vnciale antiquissimum ab honestissimo optimoque Ioanne Patriarcha Grimano, post alia multa, quæ videram.

S. C.



NUMISMA V.

Hoc exemplum, quæ pars est aduersa numismatis ipsius Carpentii, Imperatorem hoc vehiculum Iuliæ suæ nepti ex Senatus consulto concessisse, declarat: Quo eam ex principum instituto, post obitum decorauit. fuit autem à Domitiano in æreis monetis impressum, cum decimum quintum gereret consulatum.

AA

Domitia

DOMITIA AVGVSTA DOMITIANI  
IMPERATORIS VXOR.





187

DOMITIA AVGVSTA DOMITIANI  
IMPERATORIS VXOR.



DOMITIA Longina ex Domitio Corbulone genita est, qui missus fuerat olim à Nerone ad retinendam contra Parthos Armeniam, viro insigni sanè, iucundo, ac valde amabili. Nam præter id, quòd prægrandi extitit corpore, fuit etiam oratione magnificus, magnoq; animo, & rerum experientia, ac sapientia non vulgari, de hoc mentionem fecit Tacitus pluribus verbis libro decimo tertio Augustæ historiæ.

PANARIA NUMISMA PRIMVM,  
ET SECVNDVM,



DIGRESSIO.

QVANQVAM historiæ ordo postulare videbatur, vt tertij, quartiq; numismatis loco duo priora collocarentur, tamen quia ita in æs ea incidimus, vt in dies reperire potuimus, non valuimus ad vnguem in omnibus aptum ordinem seruare, quamuis maiori ex parte seruatus sit, quoniam quotidie alia non antea conspecta nobis sese offerebant. Quamobrem cum historiæ ordinem ac temporum sequemur, in posteriorum partium expositione, primum erit numisma tabulæ tertium, ac postea quartum primumq; sequetur, & secundum, vbi sunt panaria, deinde quintum, & ita deinceps.

AA z

Puer

DOMITIA AVG. DOM. IMP. VXOR



## DOMITIA AVG. DOM. IMP. VXOR

PVER SVPER SPHAERA SEDENS  
 NUMISMA III. ORDINE PRIMVM.



VM Lucio Aelio Lamiae Aemiliano nupsisset Domitia, eiusque amore captus esset Domitianus Cæsar, ab eo abducta est, atque maritus eiusdem Domitiani iussu occisus fuit. Cum ipsa præterea Domitiano nouissimo marito infantem peperisset secundo illius Consulatu, anno postero Augusta nominatur, sicuti memoriae prodidit Suetonius in ipsius Domitiani vita. Cum perexiguo postea tempore interposito infans Cæsar esset mortuus, atque publicè in Deorum numerum relatus, genus quoddam argenteorum nummorum in Domitiæ Augustæ, filiique mortui honorem impressum est, quod ex altera parte Domitiæ imaginem ostentabat, ex altera infantis numen, qui super sphaera cœlesti confidere videbatur, circa quem septem erant sydera, quæ totidem planetas significabant, quo argumento infantis animam in cœlum inter selectorum Deorum numerum receptam esse ostendebatur: ex quo Staius Papinius in Domitiani gratiam ita scripsit;

Salve magnorum proles, genitorque Deorum.

Et paulò inferius;

Cum superis terrena placent tua turba relicto

Labetur cœlo, miscebitque oscula iuxta.

Ibit in amplexus natus, fraterque, paterque,

Et foror, vna locum ceruix dabit omnibus astris.

Martialis quoque in eandem sententiam scripsit libro nono.

Templa Deis, mores populis dedit, otia ferro,

Astra suis, cœlo sydera, ferta Ioui.

Quod & Domitius in utroque loco affirmat. literæ hæ, quæ numisma ambiunt, ac ita se habent; PIVS CAES. IMP. DOMITIANVS. cum ea ipsa sententia conspirant, quæ superius citata est ex Papinio: maximam scilicet fuisse Domitiani pietatem, qua in filium usus est, cum publicas exequias illi peregerit, in cœlo collocauerit, eius memoriam prorogauerit, eumque tanquam Deum honorauerit, quem vel in monetis imprimendum curauerit, est enim ea pietas qua in Deos, in patriam, ac in parentes utimur. hoc numisma mihi concessit Reuerendissimus, ac perhumanus Io. Grimanus Aquileiensis Patriarcha.

Domitiæ

## DOMITIA AVG. DOM. IMP. VXOR

## DOMITIAE STATVA QVODDAM ALTARE.

N V M I S M A I I I I .

O R D I N E I I .

ILLVD fanè verum est, quòd hoc numisma magno mihi fuit labori, dum quid hoc signo significaret perquirerem, diligenterque excogitarem, ob perobscuram eius inscriptionem, atq; cum meo ipsius iudicio diffiderem, id me intelligere posse prorsus desperabam, cum prædicta moneta mihi ad manus peruenit: tum cum Papinij locum reperissem, exploratum habui hoc eadem mente, qua & superius, à Domitiano fuisse factum, quin etiam statuã, quæ sedet, altareq; habet ante se accensis facibus, Domitiæ esse cognoui, quoniam cum infans inter numina sit relatus, rationi consentire videtur, vt illi sacrificia sint instituta, & altaria, ac sacerdotes, sicuti leuitatis, vanæq; Romanorum adulationis fuerat consuetudo. atq; ipsa mater fortasse sacrificia offerebat, quare illi cuprea statua, vel alterius metalli huic similis, erecta fuit, ac præterea formata in nummo in vtriusq; honorem, sicuti ex ipsa inscriptione demonstratur; DIVI CAES. MATER. id est prædicti infantis mater, qui et Cæsar appellatus fuit, & in Deos relatus. Antiquum numisma æreum est vnciale, ex quo expressi exemplum, quod per aliquod tempus fuit meum, nunc excellentis. Iuris consulti Tiberij Deciani.

## PAVO NVMISMA V.

O R D I N E I I I .

HAVD multò fanè post infantis mortem, cum Domitia Paridis Histronis amore capta, ab Imperatore deprehensa esset, repudiatur. Verù intra paucorum dierum spatium magno amoris feruore victus, cum sine illa haud facile viuere posset, eam iterum vxorẽ poposcit, quam etiam in Palatium reduxit, atq; se id facere à Populo coactum simulauit: sicuti testatur Tranquillus in loco superius citato. Præterea eam sibi in gratiam rediisse ostendere cupiens atq; inter eos partam esset concordiam, & beneuolentiam, argenteã monetam cum Pauonis imagine imprimi curauit, quæ huic non erat absimilis, cuius in circulo ita erat inscriptũ; CONCORDIA AVGVSTA. vt sicuti Iunoni Iouis vxori, quæ cœli regina est, Pauo sacer fuit, ita videretur Domitianus, qui terrarum orbis Imperator erat, Deusq; vocabatur, vxori suæ eundem concessisse, quem pronubæ Iunoni dare consueuerant.

Cornix

## DOMITIA AVG. DOM. IMP. VXOR

CORNIX NUMISMA VI.  
ORDINE IIII.

HAC ipsa significatione exiguæ quædam monetæ sextulæ ferè pondere impressæ fuerunt, quarum ex altera parte Cornix super lauri, vel oleæ ramo cõfidens cernebatur: quæ ita erat formata, nullam in altera parte habēs imaginem, sed has literas tantum; S. C. atq; circum; IMP. DOMITIANVS. Hanc auem aiunt Græci concordiam significare, sicuti in primo Hieroglyphorum ori Apollinis scriptum reperitur: quoniam hæc est eius natura, vt cum semel mas, atq; fœmina coierint, inuiolatum semper seruent coniugiũ, donec viuunt, cum neq; cum mare alio fœmina, neq; cum fœmina alia mas coniungatur. cum verò alter mortuus est, alter loca deuia, defertaq; petēs ibi solus versatur, neq; cum alia societate iungit, aut coniugium. cū tantus itaq; sit horum animalium amor inter se, inde effectum est vt in nuptialibus celebratibus κορνίον, κορνίονν exclamare cõsueuerint, quod latinè Cornicē significat: quod nomen tanquam felix augurium, apertissimumq; concordia signum inuocabant. Nam quis per Deos maior existimãdus est thesaurus, vel cuius hominibus conditionis magis conuenit, necessariaque est concordia, quàm matrimonio coniunctis? nam vbicunq; hæc non reperitur, ibi numel læ, ibi vincula sunt, ibi miseriarum copia, maioresq; cruciatus, & grauiores pœnæ, quàm eæ sint, quas patiuntur damnati apud inferos. idcirco cum alicui sola visa fuisset Cornix, infestũ, pessimumq; nuntiũ existimabatur. Hoc exemplum ex antiquissimo nummo deprompsi præstantissimi Francisci Medices Principis Iuuentutis Florentinæ, atq; alterum postea vidi Patauij apud Marcum Antonium Maximum huius generis admiratorem.

PANARIVM NUMISMA PRIMVM, ET II.  
ORDINE V. ET VI.

IN Sæcularibus ludis, quos Domitianus Imperator edidit, sicuti in libro De Natali die asserit Censorinus, cū iam decimo quarto fuisset Consul, numismataq; hoc ipso tempore facta testantur, sæpius ille munera Populo largitus est. ter enim tribus diebus, singulis trecetos nummos dedit, qui ad nostrorum nummorum ratione redacti, ad septem coronatos accedunt, vt frumentum emerent. hoc ita affirmavit Suet. in vita ipsius Domitiani; Congiarium Populo nummorum trecentorũ ter dedit: atq; inter spectacula muneris largissimũ epulum. Eo verò die quo in septem Collium honorẽ Romæ festum

## DOMITIA AVG. DOM. IMP. VXOR

festū agebatur, quod Septimontiale dicebatur vniuerso congregato Populo in Palatio cōuiuium exhibuit, atq; Senatoribus, Equitibusq; panaria quēdā ingētia distribuit, plebeisq; in quasdam sportulas edulij plenae. ex quo idē inquit; Septimontiali sacrorum quidem die Senatui, Equitiq; panarijs, plebeis sportulis cū obsonio distributis. Scribit idē præterea quòd Equitibus, ac Senatoribus ex vtraq; parte postero die quinquaginta tessere datae sunt, quæ cum offerrentur pro singulis tesseri copia quēdam vel frumenti, vel panis, vel nummorum reddebatur. significant igitur duæ hæ paruae monetæ, in quibus panaria cum frumento impressa sunt, panē Senatoribus, Equitibusq; datum, ac plebi (non enim tunc dico, quoniā in posteriore parte inscriptio huiusmodi munus triennium ante factum esse ostendit) quoniam conferendi panis vsui erant accommodata, sicuti Papinius in primo Sylvarum scriptum reliquit;

Hi panaria, candidasq; mapas  
Subnectant.

Nam sicuti congio frumentum Populo largitum significabatur, vase scilicet, quo grana metiebatur, ita panis ex panario demonstrabatur, quo panis ferebatur in mensam. habent nummi ambo ex altera parte Domitiæ effigiē cū his literis; IMP. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. id est; Imperator Domitianus Augustus Germanus Cōsul vndecimo. Neq; illud sanè præmittam, quod à Suet. scribitur, Domitianum scilicet hos ludos Populo edidisse eo anno, quo & Seculares fecit, quòd ex numismatibus etiam dignoscitur hos ludos celebratos fuisse, cum ipse iam quartodecimo fuisset Consul: quod affirmat & Censorius. atq; ex duabus his monetis cōspicitur hoc munus factū fuisse, cū vndecimo tantum fuisset ipsum magistratū consecutus.

## DOMITIANI IMAGO NUMISMA VII.

Ab eodem Cæsare imperatum est, vt aliæ etiam argentæ monetæ decē assium estimatione cuderentur, quæ ex altera parte Domitiæ habebant effigiem, ex altera imaginē Domitiani, quod ex antiquo quodam numismate Bernardi Rocellai ciuis Floren. deprompsi. Hæ à Domitiano Imperatore in honorem Domitiæ eius vxoris conflatae fuerunt, quæ ob prædicti Paridis amorem eius coniurationis fuit conscia, per quā occisus fuit Domitianus, vti Sex. Aurelius, Suet. q; in ipsius vita testantur.

F I N I S.

ERRATA SIC CORRIGENDA.

Facie

- 3 Qui Roma profugerat; lege, profugerat  
 7 experiritur; lege, experitur.  
 11 per sacrum occasionem, lege, per sacrorum.  
 13 Gratiliano; lege, Grati-diano  
 13 prouincia confirmata; lege, prouincia confirmata  
 ibid. nonnullis caesis; l. caesis  
 14 quem etiam testatur; l. qui.  
 17 Latij oppido; leg. oppido. & sic alijs in locis.  
 ibid. Marcium philippum; lege, Martium.  
 ibid. minime excogitatum; lege, excogitata.  
 18 somno soluta; l. solutam  
 21 memoriam reliquens; lege, relinquens.  
 ibid. versu 31 verum cum hac; dele, cum.  
 22 in templum Deae; lege in templo.  
 ibid. bellicisq; instrumentis; lege, bellicis.  
 ibid. ad Augustum proemio; lege, proemio.  
 ibid. super cadauere; l. cadauer  
 27 quendam Bouillae nuncupatum; lege, Bouillas.  
 ibid. fuit obscena; l. obscena.  
 ibid. in Ciceronem detexit; lege, Ciceroni.  
 ibid. ob quandam diffensionem; lege, diffensionem.  
 31 filiam nupsit; lege, dedit.  
 ibid. celebris mercatorum locus lege, celebrem mercatorum locum.  
 ibid. Oratij sermonibus; lege, Epistol. lib. primo.  
 ibid. mandabo ficijs; leg. ficis.  
 33 extraneorum catus; lege, catus.  
 34 AVGVTS. F. lege, AVGVST. F.  
 36 redire illa passus. l. ille.  
 39 cum filium peperisset minime ab Augusto legitimum iudicatum, editam infantem agnosci, alique vetuit Augustus; lege, cum eodem anno, quo auus Augustus inter homines

- agere desijt, filium peperisset, minime ab Augusto legitimum iudicatum, agnosci ipsum alique vetuit.  
 ibid. qui vel sublimiori fortuna; lege, sublimioris.  
 ibid. pumilij membra, l. pumili  
 ibid. Iuliae pumipili; l. pumili.  
 41 manus incideret; lege, inciderent.  
 ibid. litus; lege, littus.  
 ibid. pro eo pregnans; lege, pro eo quod est pragnans.  
 ibid. iuuenatur ille; lege, inueniatur illum.  
 ibid. ex pulli ea nati; lege, pulli ex ea nati.  
 42 Caio & Liuius Cess. lege, Lucio, & cetera.  
 ibid. porticum ornatissimum; lege, ornatissimam.  
 ibid. ascripta fuit; lege, ascripta; & sic alijs in locis.  
 43 multitudo comitabantur; lege, comitabatur.  
 44 super quo; l. super quod.  
 45 huiusce dicationis; lege, dedicationis.  
 ibid. Et si hoc numisma penes multos reperitur, tamen ex quodam ornatissimo Reuerendissimi Patriarchae Grimani exemplar decerpseri, ad cuius imitationem inter reliqua multa numismata cum hac imagine quas habet, duo sunt & elegantissima & antiquissima; lege, Et quamuis nummus hic penes multos adhuc extet, huius tamen, ex quodam, cum ab omni temporis iniuria quam integerrimo, tum imprimis antiquo, a Reuerendissimo Patriarcha Grimano mihi concessio exemplar desumpsi, ad cuius quidem similitudinem duos idem possidet achates, miro artificio sculptos, inter cetera, quae apud illum conseruatur antiquitatis monumenta.  
 47 cum ea aequae; lege, eam.  
 ibid. ipse concederet; l. concederet

- 48 in pompis ea utebantur; lege, eo.  
 49 Cum agrotaret Liuia uota fecit; lege, Cum agrotaret Liuia Fortunae Equestri uota fecit, & cetera.  
 ibid. decernerent; l. decerneret  
 ibid. sequentes statuas; l. statuas.  
 50 DIVA LIVIA AVGVST. lege, DIVA LIVIA DIVI AVGVSTI.  
 ibid. Pauonis forma circulum extendentis; lege, caudam in circulum extendentis.  
 ibid. huius numismatis pars anterior III. est imago in tabula imaginum ipsius Liuiae, ac III. exemplar posteriorum partium tabulae; lege, huius numismatis pars, quae effigiem stolatae continet, in ipsius Liuiae imaginum tabella tertio loco est, altera uero quae pauonem, tertio item loco est ea tabella, cui ipsius imaginum aduersae partes sunt insculptae.  
 ibid. Philippi saeculo; lege, saeculum.  
 ibid. in Patauij; lege, Patauium.  
 ibid. qui rex est caeli; leg. caeli.  
 ibid. ita de Augusto; l. Augusto  
 ibid. qui feminas intelligant eas, quas sua uirtute & cetera. lege, qui feminas appellant Diuas, etiam eas, quae sua uirtute & cetera.  
 51 relicta fuisset in deorum numero; lege, relicta fuisset in deorum numerum.  
 ibid. templo deposuit; l. posuit  
 ibid. STATVAE NVMISMA lege, STATVA.  
 ibid. pro dea salute effigie; lege, sub Deae Salutis.  
 53 seruum cecidisse; lege, cecidisse.  
 55 posthac ueniret; l. postea.  
 59 ab Herculis filio Antone; lege, Antone.  
 62 ac simul ipse sit interfectus Germanicus Caesar; lege, ac simul ipse sit interfectus Germanicus.  
 ibid. quae Varus amiserat legionis VII.

nis vndeicesimæ aquilæ  
(alterâ apud Bructeros fu-  
fos, alterâ apud Marfos)  
vti in primo ac secundo  
Tacitus historiæ Angustæ  
libro testatur; lege, signa  
quæ Varus amiserat (alte-  
ram legionis vndeicesi-  
mæ aquilam apud Bructe-  
ros fusos, alteram apud  
Marfos) maxima gloria  
redemit, vti & cæt.  
ibid. carusq; esset; l. charusq;  
& sic alijs in locis.  
63 eo perueheretur; lege,  
proueheretur.  
63 cum ei ex Senatus consul-  
to; dele, ei.  
ibid. qui varijs temporibus Li-  
uiæ Augustæ; adde, fuerât.  
64 Plinius libri noni litera-  
rum; leg. libro nono hist.  
ibid. Antonia Drusi; dele, Drusi  
ibid. cuius propter formâ nō-  
nulli; lege, nonnullos.  
ibid. Achillis Maffæi; lege,  
Maphæi, & sic alijs in locis.  
67 Antonia in Cereris for-  
mam; lege, & Antonia.  
ibid. tædæ truncis; leg. tædæ, &  
sic alijs in locis.  
ibid. tanquam diuina reueren-  
tiam; lege diuinam.  
69 siue Iulia, non Bulia; le-  
ge, siue Bulia.  
ibid. Imperator exercitui; le-  
ge, exercitus.  
ibid. Neronem rerum domito-  
rem; lege, Neronem Im-  
peratorem.  
ibid. hoc erit exemplum? lege,  
hac erit exemplo.  
70 imagines Neronis & Dru-  
si Cæsarum Germanici;  
distingue, imagines Neronis &  
Drusi Cæsarū, Germanici.  
71 notâ inuissit, l. inuissit.  
77 illi exhibuit; lege, exhibuit;  
& sic alijs in locis  
ibid. aliam maritima in Sici-  
liam; lege, maritimam.  
78 quæ Diui filij; lege, quod  
Diui filij.  
ibid. huiusce coronæ insculpta  
lege, hac corona.  
ibid. Crocodillum; lege, Cro-  
codilum.  
ibid. Colonia Nemausensis;  
lege, Nemausensis.  
ibid. quod omnium deorum;

l. quod est omnium Deorum.  
ibid. Christi, ac Virginis; le-  
ge, ac Diuæ Virginis.  
ibid. Iuliam, Martiam; lege,  
Iuliam etiam, & c.  
79 pernitiōsa protulerunt; l.  
perniciōsa. & sic in alijs  
locis.  
ibid. Peperit Antium; lege,  
peperit Antij.  
ibid. cum Germanicis pugna-  
ret; lege, Germanis.  
ibid. & vbi aram; l. vbi & arā.  
81 optimis incæptis; lege,  
incæptis.  
ibid. nouissime calumniatus;  
lege, nouissime dicitans.  
ibid. ad misericordiam conci-  
taret; lege, ad misericor-  
diam sui concitaret.  
ibid. nunc vero minantem se;  
lege, minitans.  
ibid. infulciri cibū; l. infarciri.  
ibid. inter infastos; l. nefastos.  
ibid. die quo mortua; leg. diē.  
ibid. in Gemonias abiecerit,  
quo scelesti homines pro-  
ijci; lege, ex Gemonijs  
præcipitarit, quibus sce-  
lesti homines deiici & c.  
82 Clementiæ Deæ effugies;  
lege, effigies.  
ibid. sunt qui dicant; l. negent.  
ibid. cum cibo abstineret; le-  
ge, quamuis.  
ibid. quod cum Asinio Gallo  
alterius Agrippinæ sor-  
oris adulterium commisif-  
set; lege, quod cum Asi-  
nio Gallo, alterius Agrip-  
pinæ eius sororis marito,  
& cætera.  
ibid. vt nurum nunquam; de-  
le, nurum.  
ibid. quàm cathenatam; lege,  
catenatam.  
83 ad transferendas matris;  
lege, transferendos.  
85 posteriorum partium se-  
quentis; lege, posteriorū  
partium nummorum & c.  
ibid. descriptis exemplis; lege,  
descriptis prius exemplis.  
ibid. vera tamen scripta is; le-  
ge, vera tamen scripta po-  
stea is.  
86 nuper citato; leg. superius  
citato.  
ibid. præter ipsum numisma;  
lege, præterea ipsi nu-

mismati.  
ibid. aut cur non in literis, quæ  
elata videantur, an non  
vna ærarij impressione? lege,  
aut cur nō characteribus  
elevationibus, atque vna  
cum nummo impressis?  
89 describendam præpone-  
rem; lege, proponerem.  
ibid. cui opus Fastorum; lege,  
à quo illi opus Fastorum.  
ibid. cum in posteriori parte  
argentei Caij Cæsaris; le-  
ge, cum in posteriori par-  
te argentei nummi Caij  
Cæsaris.  
90 quod esset Agrippinæ par-  
tus hoc nos, vt arbitre-  
mur, adducere potest; le-  
ge, quod hoc partu nata  
sit Agrippina hæc, vt ar-  
bitremur, hac ratione ad-  
duci possumus.  
ibid. quæ post mares nata sūt;  
lege, quia fœminæ post  
mares nata sunt.  
ibid. tenebris inuolutæ ob tem-  
poris distantiam; lege,  
tenebris inuolutæ sunt & c.  
ibid. percurrere nolui; lege,  
percurrere.  
91 in lineamentis; lege, in  
delineamentis.  
ibid. Eliæq; Petinæ; lege, Ae-  
liæq; Petinæ. & sic in alijs locis  
ibid. Paulinæ Lollinæ; lege,  
Lollinæ Paulinæ.  
ibid. quibus etiam filius perdu-  
ceretur; adde, ad Impe-  
rij culmen  
94 Deæ Cereris; leg. Veneris  
ibid. quin etiam ipsum est Ve-  
neris sydus; lege, quin  
etiā ipsum additū est & c.  
95 prætorianorū cohortim  
ex officio; lege, prætoriana-  
rum cohortium officio  
ibid. per prouerbiū efferi;  
lege, efferi,  
ibid. ita neglectus; lege, ne-  
glectus.  
96 legationibus ex Armenia;  
lege, Armeniæ legatis.  
ibid. subsellium conscendere;  
adde, velle.  
97 quod diui vxorem; adde,  
fuisse.  
ibid. qua in familiam & nomē  
Neronis transfret; lege,  
qua in familiam Claudiæ & c.  
ibid. intel-



ibid. intelligebaturq; ; lege,  
intelligebaturq;  
ibid. intelligeretur ; lege, in-  
telligitur.  
98 illi dicata ; lege, Neroni  
dicata.  
ibid. quo demonstrare ; lege,  
demonstrare.  
ibid. id extractum fuit ; lege,  
is extractus.  
ibid. neque illi sanè ab simile ;  
adde, aliud cūsum fuit.  
99 ob maiorem fastum mini-  
me curasse ; dele, minime.  
ibid. quod vxorem significat ;  
lege, quæ &c.  
ibid. necesse fuit artificij ; lege,  
artifici.  
ibid. in numismate compule-  
rit ; lege, impulerit.  
ibid. pater eius cæcus ; l. cæcus.  
ibid. P R O G. lege, P R O C.  
100 virili toga ; l. virilis toga.  
ibid. atq; interim designatur ;  
lege designatus.  
ibid. fortasse Neronis triumphā-  
tis. & Britannici prætexta-  
ti erant : quod per ipsum  
sceptrum demonstratur, at-  
que transfuerti in ludis cir-  
censibus ; lege, fortasse Bri-  
tannici sunt prætextati, &  
Neronis triumphali veste  
induti, quod per sceptrū  
demonstratur, in ludis Cir-  
censibus transfuerti, &c.  
ibid. exorta est interim simul-  
tas inter matrem, & filiū,  
quia paulo asperiores se  
præbebat Neroni Agrippi-  
na, cum omnia, quæ dice-  
ret, vel faceret, obiurga-  
ret, Senatusq; actibus ad-  
uersaretur. Necesse fuit id  
circo statueret patres, qui  
in palatium ob id vocabā-  
tur, hoc permittente Cæ-  
sare, vt astaret abditis a  
tergo foribus velo discre-  
ta, quod visum arceret, a-  
ditus non adimeret ; lege,  
Exorta deinde similitate  
inter matrem & filium,  
quod illa paulo huic se  
præberet asperiores, dum  
omnia ab eo vel dicta, vel  
facta acrius insectaretur,  
atq; ipsi adeo Senatui ad-  
uersaretur, Patres statue-  
runt, vt deinceps astaret

abditis a tergo foribus ve-  
lo discreta, quod visum  
arceret, aditus non adi-  
meret.  
ibid. enimvero omnem ; adde,  
ea ratione.  
ibid. caliditasq; valuit ; lege,  
calliditasq; &c.  
101 celatum esset, solutilemq;  
nauem ; lege, celatum es-  
set, solutilem nauem.  
ibid. multo plombo ; adde,  
onusti.  
ibid. Baias euocauit ; inferre, eā  
ibid. ad solemnia ; lege, solēnia.  
ibid. loci operimentum ; lege,  
cameræ operimentum.  
ibid. Vuulnus in humerum ce-  
perat ; lege, vulnus in hu-  
merum acceperat.  
ibid. benignitate deum, & for-  
tuna ; lege, benignitate  
deū & fortunæ.  
ibid. Nero nem interficeret ; le-  
ge, eum interficeret.  
102 si mei visendæ ; lege, me  
visendi.  
ibid. sin occidendæ, l. occidēdi.  
ibid. Lenem tumulum, lege,  
leuem tumulum.  
ibid. subsannans, l. subsannans.  
ibid. cum Lepido stuprum ad-  
misit, adde sequentem clau-  
fulam, Cum Pallate dein-  
de Claudij Liberto, quo  
imptias is suas cum Impe-  
ratore promouerit, atque  
cū ipso patruo postea suo,  
quo eam is in vxorem du-  
ceret.  
ibid. Deniq; tribuit, lege, de-  
niq; tribuit.  
ibid. ex matre cooptasse, lege,  
a matre cooptasse.  
ibid. postea astutia Seneca pro-  
pulsante, lege, postea astu-  
tia, & Seneca propulsante  
103 turbatum fuisse, lege ma-  
sturbatum fuisse.  
ibid. sociam esse voluisse, lege,  
voluisse.  
ibid. plebi fuisse, lege fuisse  
ibid. tum quod ipse vix coër-  
cere, lege, tum quod eam  
ipse vix &c.  
ibid. filij sui magistrum insti-  
tuit, lege, filio suo magi-  
strum dedit.  
107 Vbi soror altera, lege, vbi  
soror etiam altera.


ibid. nupsit a Tiberio auuncu-  
lo, lege, in matrimonium  
tradita est.  
ibid. octano ea Marco Lepido,  
lege, octavo eam &c.  
109 formā expressā, l. expressā.  
ibid. Agrippina scilicet, lege,  
Agrippinæ.  
ibid. Drusilla Concordiæ, lege,  
Drusillæ.  
ibid. fortunæ Liuiæ, lege, Liuiæ  
ibid. resistere, lauisse ec. adde tri-  
pudiassæ.  
110 conuiuia exhibentibus, le-  
ge exhibentibus.  
113 Quæ Inlia atque dicta est,  
& ex Iuliorum familia, le-  
ge, Quæ Iulia etiam dicta  
est à Iuliorū familia &c.  
ibid. vt sicubi libuisset, rem ha-  
berent, lege, vt sicui li-  
buisset, rem haberet.  
119 Caio Memmio consulari  
exercitus provinciarum regen-  
ti, lege, Caio Memmio Re-  
gulo, Consulari, & exerci-  
tus Prouinciarum &c.  
ibid. perductæ à marito ; lege,  
perducta  
ibid. Historiæ capite, adde 35.  
ibid. pertesum esset, l. pertesum  
121 Luxuriæ perditæ mulier,  
dele, mulier.  
ibid. satis coualebat, lege, cō-  
ualebat.  
125 non mediocriter populo  
erat gratus, dele, non me-  
diocriter.  
ibid. neptis genita, dele, genita.  
127 Camilli sanguini ; lege,  
sanguine.  
129 magna erat suspicione ;  
lege, suspicio.  
135 enimvero imaginis illius  
Antoniarum differentia ad-  
ducor, quæ proculdubio  
Claudij fuit mater ; vt ob  
huius faciem, & illius ha-  
bitum credam, hoc exem-  
plum huius esse Antoniarum  
effigiem. lege, Enimvero  
imaginis illius Antoniarum,  
quæ proculdubio Claudij  
fuit mater, ex istius & vul-  
tus & habitus differentia  
facile adducor vt credam  
hoc exemplum huius esse  
Antoniarum &c.  
ibid. est similis, lege, simile.  
ibid. sculpti in hac, leg. sculpta  
137 ANTO-

- 137 ANTONIA PETINA. lege, PETINAE F. & sic deinceps.
- ibid. necatus est, leg. suffocatus
- ibid. Quæ in dextra parte sita est, in Cornucopiæ verò illa, quæ in sinistra collocatur, lege, Quæ in dextra parte sita est Cornucopiæ, illa vero &c.
- ibid. quæ sic ex Antonij pij, lege, quæ sic etiam ex Antonini Pij.
- ibid. natus vigesimo die, adde, ex Messalina.
- 138 De Acerra in alio libro scribendum erit in Hypponematibus numismatû Cæsarum loco prærenti oportuniore, lege, De Acerra, Pontifice maximo, Tribunicia potestate, deq; Imperatoris nomine, ijs commentarijs, quos in Cæsarû numismata meditatur, suo loco copiosius a nobis tractabitur.
- 141 ita mulieres dictæ Messalinæ, lege ita mulieres dictæ Valeriæ Messalinæ.
- ibid. Iuuenis fuit interemptus, dele, fuit interemptus.
- 142 uigesies & quinquies plus re absoluta, lege, vigesimo quinto cõitum.
- 143 quam sub Imperatore nupta esse, lege, quam Imperatori nupta esse.
- ibid. tum perflatæ, l. tum fuscæ
- ibid. ac facilitatis viri, dele, uiri
- ibid. Claudius huic cum dotem &c. dele huic.
- 144 Octaviæ Messalinæ filiæ, Claudijq; Imperatoris, Primæ Vxoris Neronis, lege, Octavia Messalinæ, Claudijq; Imperatoris filia, prima vxor Neronis, & sic alijs in locis.
- 145 alterius familia fieret, lege, familia.
- ibid. quod eam matrimonij dignitatē, leg. quod ea &c.
- ibid. sparseruntq; floribus, lege flores.
- ibid. veruntamen denuo cum, lege, veruntamen cum denuo &cæt.
- ibid. cum quadam temeritate, lege, tanta.
- ibid. affirmatibus se nullius sceleris, lege, affirmatibus illis se nullius ab ea perpetrati sceleris &c.
- ibid. quia filios, leg. quod filios
- 146 Quem ipsa præterea è domo Augusta expulsa, crudeliterq; tractata, ita meretrice viro pro suadente subsecuta est, vti superius diximus interfecta. lege, Quem ipsa mox domo Augusta ob adulterij calumniam expulsa, subsecuta, vti superius diximus, interfecta est.
- 148 Nero assertus est, lege, Nerone asserto.
- ibid. à focero receptus, lege, à focero recepto.
- ibid. appellatus Cæsar, lege, appellato Cæsare.
- ibid. siue princeps Iuuentutis, leg. siue principe Iuuentutis
- 149 apud Io. Andream Veroaldû ciuem Brixensem pulcherrimum cõspicitur, lege, apud Io. Andream Aueroldum ciuem Brixensem Clarissimum cõspicitur.
- 151 Sabinæ Poppææ, Sabinus Poppæus, lege, Sabinæ Poppææ, Sabinus Poppæus.
- ibid. Triumphauitq;, adde, De Thracis.
- ibid. in augustæ Historiæ libro quinto &c. præpone, dictioni Quinto, Quarto.
- ibid. Ruffum Crispinum, lege, Crispinum.
- 152 induxisset, leg. induxissent
- ibid. vt Disticum, leg. disticon.
- ibid. sufficiebant, l. sufficiebāt.
- ibid. Videndaq; multo, lege, ridendaq; multo.
- ibid. flauī color, lege, coloris
- 153 hâc enim refertur causam, l. hâc enim refertur causa
- ibid. huius interitus, l. interitu
- ibid. odoribus repletur, lege, repletum.
- 155 Virginij Rufi, l. Ruffi.
- ibid. patrum in Augustam, lege Augustum.
- 157 atque Tauri Statilij, lege, atque illius Tauri &c.
- ibid. amantissimos, lege, amantissimos.
- 159 quin etiã ita reliquit, l. qui etiã ita scriptum reliquit.
- ibid. fuitq; neptes, lege, neptis.
- ibid. Achaici proneptes, lege, proneptis.
- ibid. Ciuitatem cepit, lege, ciuitatem captam.
- ibid. illi fortè, lege forte.
- 160 GALBE, lege, GALBAE.
- 165 quamuis longo tempore valde attritu, dele, longo tempore.
- 167 cæcum, lege, cæcum.
- ibid. exhæredatus, lege, emancipatus
- 169 ex fundo, lege, Fundit.
- ibid. lingua erat impedita, adde, mas.
- 171 editus in monte, l. æditus.
- 173 ex Africa, lege, in Africa.
- 175 a nullis, lege, nullis.
- 181 cum quo etiam, dele, quo etiam, & adde, ipso tamè postea Domitiano
- ibid. deduxit, lege abduxit.
- 183 creditum est, dele, est.
- 185 Fuluiæ decus gentis, lege, Flauia &c.
- ibid. Cuius exemplar, lege, exemplaris.
- 187 Panaria numisma primû & secundû, dele, titulû hunc.
- ibid. sequemur, lege, sequamur.
- ibid. ac postea quartâ, primûq; sequetur, & secundû, vbi sunt panaria, deinde quintum, & ita deinceps. Lege, ac postea quartum, deinde quintum sequetur ac sextum, post quæ primû & secundum, & ita deinceps.
- 190 Domitiæ statua quoddâ Altare, dele, quoddam & eius loco, pone ante
- ibid. significaret. lege, significaretur.
- 192 in quasdâ sportulas, dele, in
- ibid. Candidasq; mapas, lege, mappas.
- ibid. Augustus Germanus, lege, Germanicus.
- ibid. hos ludos, l. hâc munera.
- ibid. edidisse, lege, dedisse.
- ibid. seculares, lege, sæculares.
- ibid. Censonus, lege, Censorinus.
- ibid. Rocellai, lege, Rucellai.
- ibid. Quæ ob prædicti Paridis amorem, adde, postea.
- In Epist. dedic. humanis, lege, in humanis.

F I N I S.









COMMEM  
IMP. ROM  
NUMISM

116  

---

8135